



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Capvt XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

ET cepit eis per parabolas loqui: Vineam plantauit homo, & cetera. **P**osuit sepem, foditq; lacu, & edificauit turrim, & elocauit eam agricolis, ac peregre profectus est. Et misit seruum ad agricolas in tempore ut ab agricolis acciperet de fructu uineae. Illi uero captum eum caecerunt, ac remiserunt uacuū. Et rursus misit ad eos alium seruum, & illi lapidato caput uulnerarunt, & remiserunt de decoratū. Et rursus alium misit, & illum trucidarunt: multo sc̄q; alios, hos quidem caedentes, illos uero trucidantes.

Argumentum & usus presentis loci.



Christus Iesus, dominus & saluator noster, cum sacerdotibus Iudaicis, hostibus suis accerimis, sic agit, ut simul scandalo mederi studeat, quod apud vulgus ex illorum exemplo oriebatur. Et hic idem huius etiam parabola praecipuus scopus est. Nec enim dicitur esse, multos grauius offensos fuisse, quod scribas & sacerdotes Christo eam inspicere viderent. Ideo parabole veteris commemoratione ipsorum quidem ingratiuidinem illis exprimit, simul uero docet illa neminem offendi debere: eo quod haec illis aucta adeoq; hereditaria sunt: perib; qui simili contumacia olim prophetas quoque sint persecuti. At quia Iudaei olim communi causa typus fuerunt, quacumq; de illis dicitur, ad nos quoq; transferri debent, ut inde discamus, quae in ecclesia officia sint, & quales antistites illius esse conueniat, quae item uicia a singulis uitiarū, qui in ecclesia consortio manere cupiant.

Ecclesia uineae confertur. Deut. 33. Psal. 80. Ioseph. 10. Isaias 5. Ierem. 2. &c. Actuum 20. 1. Pet. 1. Psal. 104.

Ezech. 15. Ioan. 15. Parabola partes.

Beneficia Dei in ecclesiam.

Et primò quidem ecclesia Dei uineae confertur: quae parabola in scripturis frequens est adhibita. Exprimat autē egregie Dei erga nos studiū, nosq; simul officij admonet, quod à nobis Deus requirit. Vt enim uinearum possessio pretiosissima est, & eadem magno sumptu & labore coluntur: ita ecclesiam suā Deus ingenti pretio, nimirum filij sui sanguine acquisiuit, & eandem per res bonas & spiritus sui dona studiose excolit, suoq; praesidio mirifice conseruat. Vt uero in eum finem colantur, nee, ut vinum ferat, quod exhilarat cor hominis: ita à singulis ecclesiae membris Deus fructus dilectae charitatis, sanctimoniae & innocentiae exigit, quibus ille quodammodo exhilaratur, dum ex salubri uita, quae his coniuncta est, voluptatem capis singularatem. Et hoc singulari diligentia obseruatis, ne illorum persuasionem nos seduci patiamur, qui Deum de nostris moribus non multum cogitant, cum, & proinde non opus esse, ut uirtutis studio homines seipos excrucient, aut etiā fidei & salutis causa periclitentur. At qui sicut lignum uitis nulli alij rei utile est, quam ut fructum ferat, nisi hūc ferat, refectum igni committitur: ita nisi ipsi quoq; fructus Deo feramus, nullus planctus in ecclesia uisus est, & instar palmicium uiciorum auulsi, in ignem aeternum conijcimus.

Porro ut ad parabola partes accedamus, Christus primò Dei beneficia in ueterem ecclesiam collata exponit: deinde sacerdotum dignitatem adumbrat, in quam illos Deus exiit, simulq; officij admonet: tertio eorundem ingratiuidinem & contumaciam comemorat: cui postremo partes uineae comminatur.

Quoad beneficiorum commemorationē, in eum finem haec instituitur, ut sacerdotum ingratiuidinem exaggeret. Vt enim uillici ingratiuidio maior & grauius puniendae censetur, si herum dicitur in neficium & liberalem, & quidem in eo perfidus sit, ex quo res heri sui omnes dependent: ita ecclesiae culpa etiā hoc nomine grauior est, si ecclesia negligat, aut in hanc sibi tyrannidē uendicat, in qua tot tamq; luculenta exiit diuinae liberalitatis & beneficentiae testimonia, & quae uincus Dei uideatur, & unica quasi possessio, ex qua ille gaudium & oblectationē capiat. Sunt autem beneficia Dei in ueterem ecclesiam potissima haec. Primum plantasse dicitur uineā. Comprehendit uero uerbo, quod pluribus apud Isaiam explicatur, qui ex uitis nobilissimis in loco pingui et elapidato confectus uisum dicit. Fuerunt enim Iudaei oriundi ex sanctissimis patribus & in terram lacte & melle fluantem

prodacti, ex qua Chanaanos vna cum superstitionibus & alijs veri cultus impedimentis Deus eiecerat. Secundo sepem circumduxit, quae praesidium Dei significat, quo illos mirifice aduersus vim hostilem & falsos doctores tutatus est. Equidem miraculum ingenis fuit, quod non in terra modo partibus ipsorum promissa, verumetiam in exilio inter immanissimos hostes defendit, ne vel gentibus permixti nomen ecclesiae amitterent, vel ab illis omnino deleterentur, qui eos cane & angue peius ode- rant. Tertio fodit in ea lacum sine torcular. Adumbratur per hoc honorum cum corporalium tum spiritalium abundantia: deinde legis quoque disciplina, qua fructus verae obedientiae exprimere sine extorquere nunquam non studuit. Quarto turrim quoque adificauit, vel speculam, id est, verbi sui ministerium inter illos ordinatum esse voluit, & prophetas dedit, qui speculatorum instar pericula imminencia obseruaret, & incautos praemonerent, Et haec quidem praecipua sunt, quae olim in Iudeorum gentem Deus contulit: ex quibus patet, quibus ecclesia opus habeat, vt vel recte con- stitui, vel etiam conseruari possit. Primum etsi nihil referat, ex quibus aut qualibus parentibus ori- undi simus (non est enim in Christo Iudeus, aut Graecus, aut Scythae, aut barbarus) artem nos quoque a Deo plantari oportet, & in vera illam vitem, Christum Iesum, inseri, vt ex illo vim illam fructiferam hauriamus, sine quo ex nobis ipsis nihil possumus. A Deo autem plantacionem hanc fieri oportet, quia nisi ille nos erabat, ad Christum venire nobis impossibile est. Ioan. 6. Opus deinde Dei praesidio, quo aduersus omne genus insidias defendamur: imprimis aduersus diabolum, qui instar ru- gientis leonis obambulans, indefinenter quarit quem deuoret, & si suggestionibus prauis nihil proficiat, ad externam vim conuersus tyrannos tyrannidem suam exercent. Opus praeterea spiritalibus donis, & in lingua eius membra crudelitatem suam exercent. Opus praeterea spiritalibus donis, simul & legis doctrina ac disciplina, quae carnis securitatem excutiat, & ferocientem coerceat, ne cum mundo penitere nescio condemnemur. Opus a seculo ministrorum studio, qui singulorum mores obseruet, praeterea doceant, moneant, hortentur, increpent, instent denique, rempessue & intempessue, prout rei necessitas postulare videretur. Sine his ecclesia consistere impossibile est. Vbi simul obseruabis, haec omnia vni & soli Deo tribui. Is enim vineam plantauit, sepe muniuisset, lacum effudit, & turrim adificauit, Ad vnum ergo hunc vniuersa redit nostra salutis gloria, nec quicquam hic vel nostra ipsa- rum vel ministrorum industria tribui debet: quae nulla omnino fuerit, nisi Deus nostra opera vti, et ipse in nobis operari dignetur. Et fungitur quidem ille suo officio, neque nobis deest in ipsis omnibus quae ad salutem nobis necessaria esse diximus. Curemus modo, ne ipsi nobis defuisse videamur, & Dei gra- tiam amplexi, tales esse & manere studeamus, quales ipse nos esse vult.

Nunc sacerdotum dignitatem & officium videamus, quae paucis verbis complectitur, dicens: Sacerdotum dignitas. Et elocauit vineam agricolis, & peregre profectus est. Agricola dicitur Sacerdotes, quos in veteri testamento Deus suae ecclesiae colonos constituerat. Fuit haec incomparabilis Sacerdotum dignitas, quod ipsorum fidei commissi essent, quos Deus pro suo peculio agnoscebat. Admonebant illos huius dignitatis gemma, quae nominibus duodecim tribuum Israelitarum inscripta erant, & in Epod inserita humeris ipsorum gestabantur: vt sic non sive modo dignitatis, verumetiam officij mem- minissent, nec vquam illorum curam deponerent, quos ipsis Deus volebat esse commendatos. Dici- tur autem Deus peregre profectus vineam suam agricolis locauisse: quod non ita accipi debet, quasi ille instar Iouis illius Homericum ab ecclesia sua vquam discedat: sed pro parabola ratione dicitur, sicut Christus inuit, quam rationem Deus in ecclesiae suae administratione sequi soleat. Illius qui- dem est omne opus, iuxta illud Pauli: Dei agricolario, Dei adificatio estis. Idem tamen ille in no- bis excolendis hominum opera vtiuit, vt nostri captus imbecillitati sese accommodet: quae tanta est, vt nec Dei loquentis maiestatem sustinere possimus (sicut in Israelitarum exemplo ad mon- tem Sinai patuit) nec regni ipsius mysteria percipere, si nuda proponantur. Gratia ergo singularis est, quod ex hominibus sibi cooperarios sumit Deus, & externis ritibus velat, ac sensibus quodam- modo exponit, quae nostrum captum superant. Et tales quidem olim Leuitae fuerunt, quibus etiam prophetas coniunxit, qui quasi operum exatores monendo & hortando tam Leuitas & Sacerdotes, quam reliquum populum vgerent. Successerunt in horum locum Apostoli & viri Apostolici, qui per Ecclesias singulas Episcopos sive pastores & Seniores constituerunt, qui hoc ipsum exequantur, quod olim per Leuiticum sacerdotum adumbratur. Qui vt suam dignitatem agnosceret, ita simul

Exech. 3. & 33.

Quibus rebus ecclesia opus habeat.

1. Pet. 3.

2. Timoth. 4.

dignitas.

in Exod. 28.

1. Corinth. 3.

Tit. 1.

nit homo, & circulo
elocauit eam agri-
colas in tempore
cum eum caecide-
rum ferum, & illi
Et rursum alium
m cadentes, illi
Iudaeis, hostibus
vulgus ex illorum
pus est. Nec enim
tores Christo in
raciuulnem illis
eog, hereditaria
Iudaei olim comen-
re, vt inde discamus
aria a singulis
petuis frequenter
quod a nobis Deus
& labore coluntur
andem per vnum
rd in cum fructum
membris Dei fructu
bilatatur, dum ex
ulari diligentia
us non multum
ent, quae etiam
quam vt fructum
feramus nullas
rum conseruamus.
neciam in veterem
s Deus excolit
eui postremo
re sacerdotum
censerur, si herem
mes dependunt. Ita
r amide vendicent
ca, & quo vni
it. Sicut autem
prebentur vno
qui et elapidas
in laeta & mille

semper meminisse debent, se vinee colonos esse, non dominos, & proinde ecclesiam verbi doctrina & legitima Sacramentorum administratione excolere, vt Deo dignos fructus ferat. Arguuntur ergo hoc loco primum ignaui suae dignitatis contemptores, improbi item prophetae: deinde dominos hereditatem dominium superbe exercent, nec à quoquam reprehendi volunt: quales videlicet Pontifices & miratos Episcopos, totumque illum purpuratam meretricis senatum esse constat. Nam vt dicitur illis, ipsos à Deo institutos, & Apostolorum successores esse: non aliam tamen conditionem tulerunt, quam vt coloni sint, & Deo fructum reddant suo quoque tempore, non vt sibi ipsi omne ius & imperium in ecclesiam Christi vendicent, &c.

1. Pet. 5.

Sacerdotum ingrati-
tudo &
contumacia.2. Par. 36.
Matth. 13.

Porro sequitur sacerdotum Iudaicorum ingrati- tudo atque contumacia. Cum enim tempus esset, misit Dominus seruos suos, qui fructus exigerent. Intelliguntur per hos prophetae, quos vt paulo ante diximus) si quando omnes prope ordines officium suum neglexerent, extraxerunt Deo omnia bus seculis excitauit, usque ad Christi ferè tempora, qui populum vna cum sacerdotibus & regibus officij admonerent, & ad illud praestandum magno zelo hortarentur. At illi (inquit) non conuenit vacuos & inanes dimisisse, insuper ipsos verberibus & contumeliosis atrocissimis multarunt: & quidam etiam occiderunt. Faciunt ad horum expositionem, quae de prophetis relictis & occisus in historia traduntur. Et hinc quidem singularis Dei bonitas nobis consideranda venit, qui male filios colonos, adeoque vniuersam Iudaeorum gentem tam diu tulit, & plures subinde seruos illi submisit, donec illos incurabili contumacia quotidie in peius proficere videret. Experimus eandem nostris quoque saeculo, & vniuersam non simul eiusdem ingrati- tudinis exempla haberemus, quae hic in Iudaeis uisunt. Sed est hoc proprium infelicis mundi vici- um, vt sicut male fidei debiores suos creatores non modo frustrari & fallere, verum etiam odisse & persequi solent: ita plerique hominum non contenti Dei officium negauisse, insuper eius odio inflammantur, nec eos ferre possunt, qui illos arguant, vt ipse Deus gratos & morigeros praebeant. Factum hoc fuit apud primi saeculi homines, priusquam diluuium inundaret. Idem Sodomae fecisse legimus, Aegyptios item cum suis Pharaonibus, postea Romanos imperatores & plerumque gentium, quae illis subiectae fuerunt. Et hinc quidem omnibus saeculis peccatum obtinet antisites, qui si semel exorbitarint, mox admonitionum impatientissimi sunt, & quibus moluntur, ne possessione mala fide occupata decedere cogantur. Exempla sunt passim in scripturis. Et hodie Pontifices, Episcopos, Abbates & alios huius farinae potissimum aduersus Evangelij predicationem insanire videmus, & in hoc vnum incumbere, ne Christo sua ecclesiae possessiones restantur. Imitantur hos deinde qui in magistratu agunt, imò priuati quoque homines, qui mox tueri & in suos monitores horribili audacia insurgere solent, si quando liberius admonentur, vt debent fieri. Aus Deo ferant. Proderit autem hinc obseruasse, quod prophetae ex actoribus confert Christus. Primum ergo exigant, quos Deo probari norunt: Iustitiam nimirum & Iudicium, vt Iustas inquit, de illis iniustitia quosuis instituant, & singulos hortentur, vt pro sua uocationis ratione officium faciant, donec hinc illos mundi ingrati- tudo et contumacia intractabilis terreat. Esi enim priores prophetae ad indignius tractarentur, at tamen minime officio deseruerunt, quos post illos misit Dominus. Demergitur ex mundi impietate occasio detrectandi officium. Nouit illam Dominus, qui iam per te corripit, velis, tu officium facito, quando quid per te ipse effecturus sis, scire non potes. Et si proficias, altem tuam ipsius animam liberaueris. Rursum, qui per ministros officij admonentur, illi Dei ex actores esse & officium facere meminerint, nec illos eo nomine persequantur. Qui enim faciunt, in ipsum Deum peccant, & quotidie in peius proficiunt, sicuti in sequenti Sermone plerumque patet. Faxit Deus, vt vinea Dei simus, quae fructus ferat dignos in Christo Iesu: cui debetur honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

H O M I L I A XCVIII.

Cum ergo unum adhuc haberet filium, dilectum suum, misit etiam eum ad illos ultimum, dicens: Reuerentur filium meum. Illi uero agricolae dixerunt inter se: Iste est heres, uenite, occidamus eum, et nostra erit haereditas.

reditas. Et captum eum occiderunt, & ceciderunt extra vineam. Quid ergo faciet dominus vineam? Veniet, & perdet agricolas, & dabit vineam alijs. Ne hanc quidem scripturam legistis: Lapis, quem reprobaerunt edificantes, is factus est caput anguli: A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Studebant igitur eum prehendere, sed timuerunt turbam: norant enim quod aduersus ipsos illam parabolam dixisset; & omisso eo abierunt.

Parabole huius argumentum & scopum precipuum esse nuper diximus, quod Christus Iesus in vobis reperi videtur, qui summam in Iudaeorum gente cum doctrina tum sanctitatis existimariis moribus reijci viderent, qui grauius offendebantur, quod ipsum a sacerdotibus & senibus sustinebant. Illorum ergo ingratiudine arguit, ut omnibus constet, quam indignè & iniquè hoc faciant, qui in hoc à Deo olim instituti sint, ut vineam vel ecclesiam ipsius excolant, ut ex illa digni fructus ad Deum redire possint. At non nouam esse ostendit ingratiudinem istam, quando constat, idem olim à maioribus ipsorum factitatum esse, qui simili iniquitate à Deo submissos prophetas trucidarunt. Nunc verò istorum omnium hic nobis precipuus esse debet, ne hodie offendamur, si quando Christum & doctrinam ipsius ab ijs reijci ceruimus, qui ecclesie antistites haberi volunt.

Pergit autem in tertia parabola parte Christus, qua sacerdotum ingratiudinem & iniustitiam dei patris de se ab illos passurum sit, predicat: vbi rei indignitatem exprimat, Dei patris de humana salute consilium & ipsorum esse rem audaciam inter se confert. Et Deum quidem inducit consultantem, quid porro faciat, quando tot seruis ab infidis colonis tam indignè tractati sint: & tandem filium quem unicum & dilectissimum habebat, missum fuisse ait, si forte illius reuerentia tangerentur. Vbi minimè putabimus, eiusmodi cogitationes dubias et incertas in Deum cadere, quem nihil eorum, quae futuræ sunt, latere potest: sed in parabola fieri solet humano more ista dicuntur, & æternum Dei consiliū exprimitur, quo ille filium suum humano generi saluatorem destinauit, cum illi aliter consulti non possent. Simul verò adumbratur ineffabilis Dei bonitas, qui filii ad Iudeos quoque, & quide ad Iudeorum sacerdotes, mittere dignatus est, in quos ob occisos prophetas suo iure vii et ingratos excidio multare poterat. Quod ut consolatione magnam affert afflictis conscientijs, ne in peccatis de Dei bonitate tenerè desperent: ita charitatis officia nobis commendat, ut Deum patrem imitari potius cogitemus quid nos deceat, quam quid meruerint, qui aliquam nobis iniuriam fecerunt. Præterea cum eadem fuerit aliarum quoque gentium conditio, quibus tamen filium suum Deus per Euangelij prædicationem inuotescere voluit, apparet salutem nobis ex mera gratia obigisse. Quid enim meriti allegabimus, propter quod Christus nobis redemptor datus sit? Vel quid nos meruisse dicemus, qui priusquam essemus, ante ipsam mundi constitutionem in Christo sumus electi? Vide Ephes.

Sed colonos videamus, qui vbi berilem filium venire vident, Hic (inquunt) est hæres, venite occidamus eum, & nostra erit hereditas. Sunt hæc consultantium verba, quae ideo inducuntur, ne illos ex ignorantia tantum scelus designasse putemus. Et sanè ignorantie excusationem illis nullam fuisse ex eo patet, quod toties Christi doctrina simul & miraculis conuicti fuerè, ut illum Dei filium esse, negare non possent. Immo hoc ipse Christus, quando discipulis ait: Si opera non fecissem inter eos, quæ Ioan. 15. nemo alius fecit, peccatū non haberent. Nunc autem & viderunt et oderunt, non solum me, verum etiam patrem meum. Sunt autem in istorum verbis quadam nobis diligentius consideranda.

Primum, quod Ecclesiam Christi hereditatem vocant. Iste (inquunt) est hæres. Et rectè quidem, quando hoc in scripturis frequens est admodum. In Psalmis enim scribitur: Postula à me, a daboq gen tes, ut sint hereditas tua, &c. Et in Ioel: Ne des hereditatem tuam in probrum, &c. Nec temerè nomen hereditatis ecclesie spiritus sanctus tribuit: eò quod illo iustum legitimumq, Christi in hanc dominium exprimitur. Ut enim hereditas iure & legitime ex patribus ad filios peruenit: ita Deus ecclesiam, quam ab æterno elegit, filio suo, seu heredi unico, concessit, & hunc illius dominum & caput constituit. Interim huius consideratio tum institutioni tum consolationi plurimum seruit. Si enim Christi hereditas sumus, certe nec nos ipsos nec alios qui ad istam hereditate pertinent, à Christo ab-

I I l.
um, missi etiā cum
i. Illi verò agricola
n, et nostra erit her
reditas.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

strabere vel alienare debemus. Faciunt hoc priuacim, qui vel fidē in Christum abnegant, vel peccata
mancia sunt, publicē autem, qui vel falsa doctrina vel tyrannide ecclesias à Christi obedientia
strahunt, & idololatriæ auctores sunt ipsi, quorū fides vno Deo per Christum nisi debeat. *Regnum
minimē putandum est, quod Christus hereditatem suam vel ignoret, vel illam sibi eripere uolet.*
Noiit Dominus qui sint sui, inquit Apostolus. Et ipsi in Euangelio. Ego sum pastor illi homines
cognoſco oues meas, & cognoſcor ab illis. Itē: Oues meas nemo rapiet de manu mea. Si enim homines
frangi hereditates suas studioſe ſeruauit, adeo ve mori potius, quā illas turpiter diſſipare uoluit.
cui in Nabothi exemplo eſt videre) num Christum adeo negligentem aut leuem putabimus, ut a
liquam ſue hereditatis partem perire ſinat?

2. Timoth. 2.
Ioh. 10.

1. Reg. 22.

Cur Christum
homines perſe-
quantur.
Exod. 19.

Secundo cauſam exprimunt, quæ homines Christo inſeſtos reddere conſuevit. Occidant (aitur)
eum, & noſtra erit hereditas. Non ergo occidunt, quod aliquam ab illo iniuriam poſſit ſuſcipere, ſed quod
illius hereditatem ſibi ipſis uendicare cupiunt. Scimus enim Deum Iudeorum gentem olim ad ſe
ut ſuum peculium eſſet & regnum ſacerdotale. Illam ipſam ampliſſimis promiſſionibus donauit,
quas externis ceremonijs & ritibus myſticis obſignauerat. At omnia hæc ſacerdotes in ſuum qua-
ſtum conuerterant (ut ſupra uidimus) & ijdem ſimul Domini hereditatem ſuis trahentibus re-
ſerē aggrauabant. Arguebat illorum audaciam & impietatem Chriſtus, & ſibi uendicabat regnum
& ſacerdotium in eccleſia Dei, & iſta ad ſe, ut pote legitimum heredem pertinere, ſum ſcripturæ
auctoritate, cum miraculis plane diuinis demonſtrabat. Ne ergo poſſeſſione male occupata deſer-
tur, de illo occidendo conſultant. Nec modo conſultant, ſed caprum mox occidunt, & occidit extra
uineam eijciunt, quaſi indignum, qui aliquem in eccleſia Dei locum habeat. Et hoc faciunt, ut
iaphas poſtea dixit, occidendum eſſe Chriſtum, ne Romani illis terram & gentem totam auferant, ut
quod Pilato cruciſigendum tradiderūt, homini ethnico & à populi Dei communionē alieniſſimo, qui
in ſupplicio latronum ſocium fieri uoluit, ut indignum, qui inter ciuiler bonos uirum, uelam in Dei
populo locum haberet. At qui hæc ipſa cauſa hodie multos publicē & priuacim aduerſus Chriſtum
armare ſolet. Poſtquam enim Pontifices ſummum ſibi ius & imperium in eccleſia qua Chriſti pecu-
lium & hereditas eſt, uſurparunt, eundem per Euangelij prædicationem ius ſuum ſibi uendicatum
ferre nequeunt, ſed in illius membra, adeoq; in illum ipſum (ut olim Saulus) ferro ac igne tranſmutant.
Nec negari poteſt, hæc præcipuam perſecutionum cauſam eſſe, quod ſue tyrannide metuentiſſimi
pi & pontifices. De Paulo tertio P. M. certē uiri graues & Romane curie non ignari referunt, quæ
quæuis dogmata facile ferre poſuiſſe, modò illorum auctores audiret nihil aduerſus ſedem Romanæ
dignitatem moliri. Quin priuacim in ſingulis hoc ipſum cernitur. Sunt enim ſinguli domos Chriſti
peculium, & inſtar palmitum in ipſum inſeſti, fructus uocatione & profeſſione ſua dignos ferre de-
bant. Quam multos autem uidere eſt, qui non contenti fructus negaſſe, illius inſuper ſeruitu-
tū melioſe tractant, quin ipſum uia cum Euangelio ſuo eiectum & proſtitutum uolunt, ut ipſum
ſua libidine uitam ſuam inſtituere liceat. Habet enim ſua incrementa impietas, & primus
ſi gradus eſt, Deo debitos fructus negare; quod tunc fit, quando carnis & diaboli mancipi-
unt, qui Deo toti ſeruire debebant. Sequitur hinc odium miniſtrorum uerbi, quos Deus uis
exaſtores mittit. A miniſtris uerò in ipſum Dei uerbum iſtud odium tranſfertur. Quod uer-
bum fuerit, mox omnis generis contumelia, iniuria, imò cædēs crudeliſſima ſequuntur, & in
ipſi Chriſto parciunt, cuius non modò membra, uerumetiam uerbum, ſcripturæ nimium ſer-
impijs flammis tradere impij non uerentur. Sunt iſta horrenda dicta, ſed uineam non poſſim
ius impietatis exempla hodie extarent. Ergo primum gradum cauere diſcant, qui ulterius uia
progredi.

Ioh. 11.

Acto. 9.

Pœnam ſacer-
dotibus prædi-
cit.

Cæterum pœnam iſtorum uideamus, qua poſtrema parabola pars eſt. Quid ergo faciet Dominus
uineæ? Interrogatione ueritur, ut ex ipſorum ore ſententiā, qua ipſi ſe eodem nent, extorqueat. *Mattheus
Mattheus annotauit. Additur ergo: Venet, & perdet agricolas, et dabit uineam alijs. Venit uero
Deum, ut oſtendat, illum nequaquam ſue cauſe & eccleſiæ deſerturum, licet lucuſq; multa diſſe-
lauerit. Deinde perdet (inquit) agricolas, & uineam locabit alijs, id eſt, uos inſidos colorem
cum ueſtris ſectatoribus excindet, & regnum ſuum uia cum eccleſiæ titulo tranſferet ad gentes.
Utrumq; uerò factum eſſe conſtat. Venit enim à Domino miſi Romani, qui templo uia cum
extinguunt.*

exusto infelicem Iudaeorum gentem eiusq[ue] artifices destruxerunt: simulq[ue] secutum est Iudaici populi repudium, quod toties olim prophetae minati fuerant, & ad gentes emissi Apostoli, ex illis ecclesiam Christo adduxerunt, qui prius sine Deo, sine testamento, & à salutis promissionibus alieni fuerant. Quo exemplo docuit Deus, quid omnes gratia ipsius contemptores & perfidos fidei professores maneat. Et idem multis postea euenisse historiae docent, qui Iudaeorum mores imitari sunt.

Obseruabis autem, quid propter perfidos colonos nequaquam vastatur vinea; sed illis sublati locatur alijs. Nam ex Iudaeorum reliquijs (sicuti prophetae prae-dixerant) ecclesiam inter gentes in-stauratam per totum orbem Deus mirifice propagauit. Solecit hoc nos, si quando ex multorum per-fidia & ingratitude toti ecclesiae interitus imminere videatur. Nec enim fieri potest, vt ecclesia Deus careat, qui filium suum inter medios hostes perpetuo regnaturum esse promisit. Et Christi vox est: Ecce ego vobiscum sum vsq[ue] ad consummationem seculi. Meminerimus tamen, ecclesiam nulli loco aut genti priuilegio quodam immutabili alligatam esse, sicuti olim Iudaei sibi ipsi per sua serum, & hodie stulti Romanis de sua Roma nugantur. Qui enim Iudaeorum genti electissime non peper-cit, & ipsam oleam excindi voluit, cum sterilis & male grata esset: multo minus ipsi parceret, qui ex oleastris desumpti, & ex gratia in radicem illam sanctam inferri sunt, si etiã ipsi steriles & Deo in-grati esse pergant. Et terre ant nos ecclesiarum ruine, quae cum olim Europaeis ecclesijs cum vetusta-te cum fidei et pietatis existimatione praestantiores fuerint, hodie totae extinctae iacent: quales Antio-chenam, Alexandrinam, Ephesinam & infinitas alias fuisse legimus, in quarum locis hodie imma-nis Turcarum tyrannis grassatur, & infelicis Mahumeti deliria dominantur.

Ceterum quia absurdum & incredibile videbatur, sacerdotes, quos Deus suae ecclesiae colonos & architectos esse voluit, tale quid designaturos esse, & ipsi (vt Lucas tradit) hoc ipsum cum detesta-tione abs se remouerent; Christus se istud non ex suo cerebro finxisse, sed ita olim praedictum esse docet. Ne hanc quidem scripturam legisistis? ait: Lapis, quem reprobauerunt aedificantes, is factus est caput anguli, &c. Extra locum Psal. 118, ex quo sanctas illas populi acclamaciones petras fuisse, supra diximus, quibus Christi in urbem ingressum populus celebravit. Sensus autem verborum est: Si in-credibile videtur quod dico, & vestrae conditionis dignitate ita estis inflati, vt tantum nefas aut sce-lus in vos cadere posse nequaquam putetis: quid ergo ad Davidis vaticinium respondebitis, qui ipsos ecclesiae architectos illum lapidem reprobaturus esse praedixit, quem Deus anguli caput facturum sit? Nec est, quod hoc vobis mirum videatur. Dei enim opus est, cuius consilia non humanis rationibus inuestigari possunt, sed fide apprehendi debent. Copiosorem huius loci expositionem in Actis addu-ximus, vnde petant quibus hic breuiore aequo esse videmur. Illud hic obseruasse sufficiat, Christum verbis istis praecipuum parabolae de vinea scopum indicare, ne scilicet aliquis offendatur, si antistites ipsi in seos esse videat. Ita enim olim praedictum, & à Deo institutum esse: vt vel ex eo constet, re-gnum ipsius non esse de hoc mundo, nec hominum auctoritate & potentia propagari, sed diuina vir-tute, quae per infirmos & ignobiles sese exercit, quod illustrior sit illius effectus & gloria, sicuti Paulus in prioribus ad Corinth. admonet. Quod ipsum hodie obseruari debet aduersum eos, qui nobis Pontificu[m] episcoporum & praesulum auctoritatem obijciunt. Quid enim noui est, si etiam ipsi pretiosum illum lapidem reijciunt, qui solus ecclesiae totius aedificium sustinet? Annon hoc fore olim praedixit Deus? Annon hoc fecerunt, quorum functio diuinitus instituta erat? Vel quid aliud speres à nostris, quorum mores cum Iudaeorum sacerdotum moribus, & studijs per omnia conueniunt? Paulus certe Anti-Christi sedem in ipso Dei templo monstrat, & episcopis loquens: Ex vobis (inquit) exibunt lupi gra-ues, qui gregi non parcent, &c. At hic soletur nos, quod Christum ecclesiae suae fundamentum insupe-rabile & caput anguli perpetuo fore audimus, vtur illum potentissimi quiq[ue] reijciant. Quam vani enim illorum conatus sint, ex eo patet, quod cum se notatos esse intelligant, et Christum illico occisum cupiant, nihil tamen audent praeter metum populi, quo illos Deus, seu fræno cohibebat: quam iniustitiam principum & tyrannidis aduersus veritatem instituit iustissimam penam esse, alibi diximus, vt ni-mirum eos metuant mali praesides, à quibus (si officio suo dignè fungerentur) metui & obseruari de-bent. Fortes ergo & constantes vno Christo Iesu nitamur, qui vt peccatum, mortem & diabolium deuicit: ita in se credentes perpetuo regnet, & regni sui caelestis consortes faciat. Illi debetur benedictio honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

Vinea non vastatur, sed locatur alijs. Isaiæ 10. 10el. 2. Mich. 5. &c. Psalm. 110. Matth. 28. Rom. 11.

Parabolae confirmatio ex scripturis.

Act. 4. hom. 27.

1. Cor. 11.



Et mittunt ad eum quosdam e pharisæis & Herodianis, ut eum e-
ptarent sermone. Illi uero cum uenissent, dicunt ei: Magister, scimus
quod uerax sis, nec cures quenquam: non enim respicis in personam ho-
minum, sed in ueritate uiam Dei doces. Licet ne census dare Cæsari,
an non demus, an non demus: Ipse uero cum sciret eorum hypocritism,
dixit eis: Quid me tentatis? aſerte mihi denarium, ut uideam. Illi uero di-
xerunt ei: Cæsaris. Et respondens Iesus dixit eis: Reddite quæ sunt Cæ-
saris Cæsari, & quæ Dei sunt Deo. Et admirati sunt super eo.

Argumentum
et usus præ-
sentis loci.

2. Tim. 3.

Dominus & saluator noster Iesus Christus in hinc parabola sacerdotum ingrati-
tatem aduersus Deum arguit, et ipsam penas denunciat grauisimas, quæ in
Iudeorum gente redundarunt. Quamuis uero illi de se hæc dicta fuisse intellexerint, adeo tamen
sunt emendati, ut potius ad nouas artes conuersi, illum questionibus insidiosis circumuenerint
rim. Quo exemplo admonemur, impios, ubi ueritatis odium conceperunt, subinde (ut Paulus inquit)
in peius proficere, eoque præfractiores fieri, quod magis Dei uerbo irgentur. Exempla eius generis
multa extant, quorum omnium hic nobis usus esse debet, ne aduersus Dei uerbum affectibus inuol-
geamus, si non ipsi quoque, uolumus incurabiles fieri. Interim consolationis plenum est, quod contra
Istum Christi conatus ad ipsius gloriam & publicam pietatem institutionem faciunt. Sic ut enim
occasione de articulis præcipuis, quorum cognitio uulgiſſima planè & cum primis necessaria est, per
Christum ita edisserit, ut hostium suorum eum ignorantiam eum improbitate arguat, simulq; docet,
quid pijs de illis sit sentiendū. Et in præſenti quidem de magistratu agitur aduersus eos, quibus
& religionis prætextu suis magistratibus obedientiam negant. Vbi discemus, ut hæc cum fide possit
coniungi, & quid Deo, quid item hominibus præſtari debeat.

Pharisæi et He-
rodiani aduer-
sus Christi con-
spirant.

Primi autem hostes Christi producuntur, qui ipsi de his dicendi occasione præbuerunt. Erant
illi ex pharisæorum & Herodianorum numero, in eum finem à sacerdotibus submissi, ut Iudeos
inſtitie studio (ut Lucas annotauit) ipsam disputatione aliqua insidiosa irretirent. Quæ ratio phar-
isæi deſecti fuerunt, qui præcipuam inſtitie exſtimationem ſuſtinebant. Coniunguntur hæc He-
rodiani, multum illis diſſimiles, uapore homines aulici, uoluptuarij, prophæti & Romanarum uirtutum
ſtudioſi: quos diſputationis & reſponſionis Christi teſtes eſſe uolunt. Vbi non temere aliquid uerba
tur, qui fieri potuerit, ut inter ſe conuenerint, qui moribus & ſtudijs diſſimillimi erant. Sed iſte
proprium impijs, ut cum in externis perpetuò diſſideant, & uel auaritia uel ambitione diuocent
ſe conſiſtuntur, in uinijs tamen ueritatis oppreſſione conuenire ſoleant, eò quod illam omnes
æquo oderunt. Hinc eſt, quod poſtea Sadducæos quoque, cum phariſæis, & alibi milites cum Iudeis
tribus contra Christum conſpirauitſe legimus. Et in Romana hiſtoria Iulianus apoſtata Iudeos ad-
uerſus Christi fidem ſuo fauore armauit, & ut templum adſtruerent inſtigauit, licet iſte ad quod
mum deſeciſſet, & proinde nec Iudeis nec Chriſtianis ex animo faueret. Et hodie Idololatæ, qui
mundo & carni mortui uideri uolunt, non modò cum uoluptuarijs aulicis, uerum etiam cum ſa-
guinarijs militibus conſentire uidemus, adeoq; eorum amicitias & opem expetere, à quorum mor-
tibus ipſorum profeſſio inſinitis paraſangis diſtare uidetur. Poſſumus hinc noſtra religionis ueritate
em fallibilem agnoſcere, quando in hanc ſolam omnes impij conſpirant, qui alias ſuperſtitioſos
nes ferre poſſunt, imò etiam defendunt. Quod ſi quando illos in rebus externis diſſidere conſpici-
mo tamen illorum diſſidijs quicquam tribuat, ſed in uño Deo ſperemus, qui et ſuorum animas
& impiorum coniuurationes diſſipare ſolet: ipſi uero unum & idem in Chriſto ſentiamus, ne ambio-
ſis rixis inter nos commiſſi hoſtibus impijs nos opprimendos propinquemus.

Aſtuta hoſtium
Christi inſinua-
tio.

Porrò uideamus, quanto cum aſtu cauſam hanc agant, & quàm mirificè ſe illi inſinuent. Non
non ueritatis modò & inſtitie ſtudium, uerum etiam ſe Chriſti obſeruantiffimos eſſe ſimulant. Te-
buunt enim illi quacumque ſunt boni doctores officia. Huius eſt, non ſua placita, ſed Dei uiam

est. Dei precepta & ab illo traditam salutis rationem docere: et eandem recte docere, ut singulorum adificationi doctrina seruiat. Quod nunquam fiet, nisi à personarum respectu alienissimus sit, & se- omnis loci & ordinis hominibus pastorem à Deo datum esse cogitet: & proinde nec timore aut præ- postera obseruantia, nec odio, nec amore sese duci patiat. Atqui omnia hæc in Christo magnificè prædicant. Magister scimus (inquunt) quod verax sis, nec cures quenquam: non enim respicis in personam hominum, sed in veritate viam Dei doces. At quorsum hæc tam magnifica præconia? Vt incautus aliquod effusiat, quod ipsi vel apud Rom. præsidem periculi, vel apud populum inuidiam & odium conflare possit. Habent enim hoc proprium impij, quod cum odio piorum toti flagrent & ringantur, venenum tamen oculere et amorem vel obseruantiam simulare possint, quando maximè illis insidiantur. Referunt enim patris sui diaboli ingenium, qui simili astu primos parentes olim se- duxit. Non temere ergo Christus à suis serpentinam prudentiam requirit, & ut ab hominibus nobis Matth. 20. caueamus, admonet. Simul autem vide quam egregie suo sese indicio prodant sorices isti, & cumque astutissimi videri velint. Si enim magistrum agnoscunt, cur non discipulos se illi doctiles & obedien- tes præbent? Si viam Dei recte docet, cur non illam sequuntur? Cur per auiam pharisaicam sectæ ab- errant? Cur Herodi incesso & plus quam Epicuro inferiunt? Ad eundem modum hodie multi suam impietatem produnt, quando Apostolorum & Diuorum omnium fidem & doctrinam magni- ficè prædicant, eandem vero in nobis hostiliter persequuntur.

Insidiosa de cen- su questio.

Sed questionem audiamus, cuius ergo hæc tam blanda insinuatione vsi sunt. Licet ne (aiunt) cen- sum dare Casari, an non? demus, an non demus? Petitur questio hæc ex ea, que tunc erat, Iudaici populi conditione. Scimus enim illos Romanorū imperio subiectos fuisse, id quod molestissimum et at hominibus, qui & libertati assueuerant, & suoque ingenio ad seditiones proni erant, ut ex illorum hi- storij colligere licet. Accedebat his, quod Dei peculium volebant videri, & proinde indignissimum & iniquissimum facinus esse arbitrabantur, Dei populū idololatriæ & prophanis hominibus subijci. Præterea intolerabilis eam tyranniam videbatur, quod Romani censum sibi vendicarent, quem Deus pro cultus externi & templi conseruatione dari voluerat: adeo ut qui illum Romanis negarent, non Exod. 30. pro forenis suis, sed pro ipsa religione pugnare videretur. Vides ergo quantum periculi questio hæc occultari. Si enim illam abs se rejicit, vel tacendo disimulet, populi et ecclesiæ causam negligere di- cetur, & multis suspectus fiet. Si dandum esse censum pronunciet, populi odium in se prouocabit, nec amplius Messias esse putabitur, in cuius regno sibi ipsi ex prophetijs perperam intellectis liberatio- nem ex Romana seruitute & immunitatem tributorum pollicebantur, sicut alibi monuimus. Quod si dandum esse neget, mox apud præsidem seditionis reus agetur. Hæc ergo tendicula, isti sunt laquei, quibus Christum treretri posse arbitrantur, ut vel magistratus iram in se prouocet, vel populi animos et studia abs se alienet. Simul verò admonemur Iudeorum exemplo, que eorum fors sit et conditio, qui libertatem sua culpa amiserunt. Tales enim Iudeos fuisse constat. At ijdem nunc pro illius resti- tutione frustra laborant, imò dum banc quarunt, perfidis impostoribus sese seducendos præbuerunt, quales Theudam & Iudam Galileum, aliosq. horum similes fuisse legimus. Nec desunt exempla in Actor. 5. prophanis historijs, que ingentes labores illis incubuisse docent, qui quam luxu & libidine sua perdi- derant, libertatem recuperare conati sunt. Huc enim Lacedæmoniorum & Atheniensium historie referri debent. Et idem Roma sentit, ubi luxu suo perditam ab illis se opprimi vidit, quorū licentiam nimis diu fuerat. Obseruent hæc, qui hodie libertatis dono ex singulari Dei beneficio fruuntur, ne illius abusu similiter Dei iram contra se ipsos prouocent. Videmus item, quid ferè vulgus in Christo querat: Carnis libertatem nimirum, opes, honores, pacem huius seculi: quorum spe & expectatione Iudeos ita fascinosos fuisse scimus, ut salutem æternam, quam Christus offerebat, prorsus neglexe- rint. Qui error hodie etiam multis imponit, & maximorum scandalorum causa est. Prodest ergo in regni Christi consideratione diligenter versari, ut inter huius promissiones distinguere discamus. Sunt enim aliæ spirituales, & ad æternæ salutis rationem faciunt: aliæ verò temporales de ijs, que carni & vitæ presenti inferiunt. Et illa quidem semper raræ & firmæ sunt. Hæc verò crucis condi- tionem sibi coniunctam habent, ut supra cap. 10. vidimus, & ita dispenantur, ut nos opus habere vi- Vide homil. 86. derit Deus, cui ingenium nostrum melius, quam nobis ipsis, perspectum est. Hoc nisi obseruemus, non possumus non offendi eorum consideratione, que pijs in hoc mundo accidere solent.

Vide homil. 86

Christi de censu
suo responsio.

Ceterum ad Christum transire tempus est, qui in causa maximi momenti singulari peruenit. Primò agnoscit hypocrisim ipsorum, & illa publice arguit, dicens: Quid me tentatis? Quod non emendantur, sed audaciores fiunt. At cum consiliorum astutia maxime confidentes redderant. Iubet enim denarium offerri, de quo impressa illi imagine & inscriptione interrogat. Et enim vetustus ille mos, quo numismata principum imagines & inscriptiones referant, nec tantum de principum & magistratum fide testantur, quos sui imperij nequaquam pudeat, quando moneta etiam sua nomina inscribant, unde illis quaestus maximus provenire poterat, si quid praeter usum aquum facere vellent. Non postremum ergo seculi nostri corruptionis argumentum est, quod hodie principes & republica nomina & signa sua hominibus avarissimis & fraudulentis usurarij prostituunt, qui monetam veterem consilare, & ex ea novam nullius prope pretij credere consueverunt. Sed ad presentem historiam redeamus. Querit Christus, cuius sit imago & inscriptio, quam in denario visebatur. Respondent illi, Caesaris hanc esse. Infert ergo: Reddite quae sunt Caesaris, Caesaris & quae Dei sunt, Deo. Sensus verborum est: Cum Caesaris moneta utamini, vique Caesaris imperium agnoscitis. Huic ergo reddite, quae regibus debentur Deo olim per Samuelem admonuit. Neque hoc iniquum videri debet, eo quod Dei populus estis. Non obstat enim hoc, quo minus Deo quoque scitis, quod illi debetur.

1. Sam. 8.

Christus non tollit leges politicas. Math. 17.

Rom. 13. Ephes. 6. 1. Pet. 2.

Quid magistratibus debeat.

Leuit. 19.

Exod. 22.

1. Tim. 2.

Rom. 13.

Quid Deo debeat.

Dan. 2. & 6.

Est hic obseruandum, quod inter Casarem & Deum distinguens, vtrique quod ad ipsos pertinet reddere iubet. Ergo non tollit leges politicas, & quae magistratibus debentur, obediuntiam. Immo potius, ut qui Dei cultores sunt, magistratibus quoque sua officia praestent, ne illa negando, & obsequij seditionis suspitione grauent. Quae causa fuit, quod antea pro seipso & Petro didrachma tributum, & eam quae magistratibus debetur, obediuntiam miraculo nobilitauit, ne cui offensus esset. Et cum huc, quae ad Apostolis de subditorum erga suos magistratus, & seruorum erga suos domini, cuius copiose traduntur. Intolerabilis ergo illorum error est, qui sub Euangelij praeterea uisum abolent, & Christiana libertate ad carnis licentiam abutuntur: qua audacia & publicanorum turbant, & Euangelij doctrinam magnatibus suspectam & exoriam reddunt. Probi tamen obseruanda est distinctio Christi, ne quod Dei est, magistratibus tribuatur, aut contra. Magistratibus honor debetur & reuerentia, ne qua à nobis contumelia afficiantur, & Deo debetur. Honor debetur, & c. quam ad magistratus quoque, pertinere ex eo constat, quod illi in populo tanquam instar sunt constituti. Et iterum: Coram cano capite assurge, & honora faciem senis. Item: Domine maledicas, & principem populi tui ne execreris. Debetur etiam illis amor, qui omni officio, necesse declarari debet. precibus cum primis ad Deum, sicuti Paulus monuit. Obediuntiam item, ut in legibus improbe reluctemur: et hanc non metus poena, sed potius diuinae ordinationis conscientia elicere debet. Debentur etiam tributa, census, & si quid aliud est eius generis, quae ad eius regni aut reipublicae conditione bona fide Christianos exoluere decet: licet interdum in illis dum excedant principes. Nec enim conuenit, ut propter terrena bona tumulus & seditiones excitent, quorum patria in caelis est, ubi thesauros aeterna felicitatis Christi sanguine acquisitos possidebunt. Et contra Deo quoque sua debentur officia, quae cultu & vitae conuersatione compleri possunt. Ad cultum doctrina pertinet, quae non aliunde quam ex Dei verbo debet derivari. Tunc hoc fidem in unum Deum, confessionem item fidei non fucatae, unius Dei inuocationem, & per ueramque sacramentorum administrationem. Vita conuersatio autem innocentia & charitatis officij potissimum constat. Haec Deo illibata praestari debent, adeo ut nihil istorum in alienius hominum gratiam omittamus, nec ullius auctoritate nos adduci patiamur, ut quicquam à nobis sua ipsorum diuinis contrarium: quando nulla hominum auctoritas tanta est, ut diuina illa prauidetur beat. Docent hoc prophetae, quos contra Regum suorum edicta Dei uerbum praedicasse, & edicta uerum asseruisse legimus. Idem Danielis & sociorum ipsius exempla testantur, quae merito

magis obedire, quam in Dei cultum peccare voluerunt. Et Apostolorum vox est: Oportet Deo
 & iussa superstitiosus contempserunt. Et Ambrosius, cum Valentinianus 1. Imper. à matre Iustina
 extimulatus templum sibi dari postulareret, respondit: Deus affirmat suas esse domus templa in quibus
 sonat vera doctrina, iuxta illud: Domus mea domus orationis vocabitur. Et simul hunc locum cita-
 bat: Date Casari que sunt Cesaris, & Deo que sunt Dei. Toto igitur celo errant, qui hodie doctri-
 nam & religionem Regum arbitrio subijciunt, & se coram Deo abundè excusatos putant, si nesa-
 riji cultibus & publicis flagitijs horum auctoritatem præterece possint. Ita enim stulticia & teme-
 ritatis accusant sanctissimos Martyres, quorum quos fidem suam sanguine suo obsignauerunt. Quid?
 Nonne apud Hofeam Israelitæ accusantur, quod regum suorum edicta secuti superstitiones recepis-
 sent? Hof. 5. At ea est nostri seculi infelicitas, ut que Dei sunt, pleriq; regibus & principibus tri-
 buant, in alijs verò nec Dei nec sanctorum magistratum legibus obtemperant.

Restat disputationis huius exitus, qui Christo quidem eximiam laudem, hostibus verò ipsius ma-
 gnam infamiam peperit. Mirantur enim acumen diuinum, quo nodum hunc ita secuit, ut et suam
 Romanis auctoritatem incolumentem reliquerit, et nemo cordatus ex populo ipsi indignari possit. Itaq;
 ipse sua frustrati, non habent quod opponant. Ita exeunt quacunq; aduersus Christum suscipiuntur con-
 spira. Disputat illa Deus, ut ipsi consultiorebus ignominiam & malum conciliant. At simul impudens
 & incurabilis hostium veritatis contumacia hic elucet. Etsi enim nihil reprehendere possint, paulò
 post tamen Christum coram Pilato accusare audent, quod censum Casari minime dandum esse do-
 cuerit. Quid ergo à calumnijs tutum erit hodie? Vel num mirari opus est que olim Christianis ob-
 iecta sunt crimina, & que hodie nobis obijciuntur? Nostrum fuerit, curare, ne quid iniustitia nobis
 merito exprobari possit. Aduersus calumnias verò & nefarios mendaci conatus intrepidè stemus in
 Christo Iesu, qui vt olim mundum & huius principem vicit: ita suorum famam & memoriam sem-
 per asseret & tuebitur. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

Exitus dispu-
 tionis Christi
 hostibus igno-
 miniosus.

Luc. 23.

HOMILIA C.

Tunc ueniunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectio-
 nem, interrogaueruntq; eum, dicentes: Magister, Moyses scripsit nobis,
 si cuius frater mortuus sit, & reliquerit uxorem, et filios non reliquerit:
 ut accipiat frater eius uxorem eius, & exulet semen fratri suo. At qui
 septem fratres fuerunt, ac primus uxorem duxit, & moriens non reli-
 quit semen. Et secundus accepit eam, ac mortuus est, & nec ipse quidē
 reliquit semen: & tertius itidem. Et acceperunt eam septem illi, neque
 reliquerunt semen: ultima omnium mortua est & mulier. In resurrectio-
 ne ergo cum resurrexerint, cuius eorum erit uxor? Nam septem habue-
 runt eam uxorem. Et respondens Iesus, ait eis: Nōne propterea erratis,
 quod nesciatis scripturas, neq; potentiam Dei? Cū enim à mortuis
 resurrexerint, neq; uxores ducunt, neq; nuptum dantur: sed sunt ut an-
 geli, qui in cœlis sunt. De mortuis uerò, quod fuscitandi sint, nō legistis
 in libro Moysis, quomodo in rubo locutus sit ei Deus, dicens: Ego sum
 Deus Abrahami, Deus Isaac, & Deus Iacobi: Non est Deus mortuo-
 rum, sed Deus uiuentium. Vos ergo multum erratis.

Evangelista postrema Christi Iesu cum hostibus suis certamina diligenter describit: partim
 quidem, quod in illis elucet impiorum pertinacia incurabilis, qua illi perpetuò veritatem oppu-
 gnant, ac in petus proficiunt: partim verò, quod in illis agitur de articulis, quorum exacta cognitio om-
 nibus nobis perquam necessaria est. Et nuper quidem de magistratus auctoritate disseruit, aduer-
 sus eos, qui Christi & Evangelij prætextu ad carnis licentiam seditionè abutuntur. In presenti verò
 de mortuorum resurrectione disputatur, in qua salutis nostra fundamentum maxima ex parte con-

Argumentum
 & usus præfeti-
 tis loci.

1. Cor. 15.

fficit. Nam vt Paulus ait: Si resurrectio mortuorum non est, ne Christus quidem resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, inanis vtiq; est predicatio nostra, inanis autem est & fides vestra. Adhuc estis in peccatis vestris: igitur & qui obdormierunt in Christo, perierunt. Deniq; si tantum in hoc vita spem in Christo fixam habemus, maxime miserabiles omnium hominum sumus, &c. Quia ergo mortuorum resurrectionem Christus ipse hoc loco aduersus homines non vulgares asserit, et delictius nobis in eius consideratione versandum est, vt quid de illa sentiri & credi debeat, distincamus.

Sadducei aduersarij Christi

Primo autem loco hostes vel antagoniste Christi considerandi veniunt, quos ex Sadduceis solum se, Evangelista scribunt. Erat istorum secta contraria profus pharisaeis, licet à iustitia non abirent, & huius studium publicè profiterentur. Docebant enim iustitia studendum esse propter ipsam iustitiam, non alicuius præmij spe aut expectatione: & huius quidem studium nostris viribus persequi posse sentiebant, nec multa gratie Dei ratione habita liberum hominis arbitrium magnificè exalabant. Et quia præmium iustitiæ nullum expectari debere dicebant, simul etiam mortuorum resurrectionem, spiritus item tam bonos quam malos, & animarum immortalitatem negabant, sicuti Iosephus & Lucas in Actis prodiderunt. Et illorum quidem partes sequebantur sere operantes, qui cum plerumq; religionem non multum curent, iustitia tamen opus esse vident, & vulgus saltem aliqua religionis opinione in officio contineri volunt, vt fortunis suis tutius fruantur. Quo factum est, vt Sadduceorum opinio eo vsque prævaluerit, vt postea docentibus Apostolis, in Synagoga præcipuam auctoritatem obtinerent. Hi, cum Phariseos & Herodianos infeliciter cum Christo congressos esse cernerent, ipsi aduersus illum in arenam descendunt, vltimè quodammodo ingenuitate, quam illi ex hoc congressu reportarant. Nam vt nuper diximus, probe impij omnibus in Christo oppugnando conuenit, quamuis in plerisque alijs hostiliter dissentiant. Elucet autem in his ingenuè populis Iudaici corruptio, quando inter eos, qui Dei peculium dici volebant, ea publicè negare licuit, sine quibus nec fides vel religio, nec salutis ratio consistere potest. Quid enim in his omnibus reliquum manet, si anime cum corporibus intereunt, si corporum resurrectio est, nulla, si spiritus utem omnium nulli sunt? Annon ita Deus ipse negatur, quem spiritum esse Christus dicit? Maior tamen populi istius corruptio elucet in eo, quòd cum Sadduceis ista profiteri liceret, Christo tamen veram salutis rationem docere non licuit, & cum in honore & pretio fuerint Sadducei, soli illi excommunicatione digni visi fuerint, qui Christi discipuli erant. Poterat hoc mirum & stupendum censeri, ipse hodie huius generis multa fierent. Postquam enim pontificum tyrannis ecclesie vnitatem scilicet, & secte varie enatae sunt, quàm plurimos est videre, quibus ludus & fabula videtur, quicquid de religione ex scripturis traditur. Imò in vrbe Roma, in Cardinalium & Pontificum conspectibus versatur, qui cum ex religione quæstum maximum faciant, interim tamen animarum immortalitatem negant, aduersus corporum resurrectionem publicè disputant, & fidem Christianam hoc vno modo magni faciunt, quòd sub huius prætextu ipsi in hominum animas simul & fortunam dominaticeat. Quòd si verò aliquis Epicureos hosce errores arguat, & Christiane fidei mysteria vere docuisse profiteatur, illum mox ecclesie hostem, schismaticum, impium & hereticum esse elationem. Eadem ergo est nostrorum temporum ratio, quæ olim apud Iudæos fuit, & nisi Christi nominis professione ab hisce labibus liberent, qui rerum in ecclesia potiuntur, idem nobis quoque, quod olim Iudæis, iusto Dei iudicio eueniet.

Belli Iud. lib. 2. cap. 7. Act. 23.

Act. 4. et 25.

Ioan. 4.

Ioan. 9. et 12.

Questio Sadduceorum de resurrectione.

Deut. 25.

Num. 27. et 36.

Sed audiamus questionem, qua isti Christum aggressi sunt. Sciebant Christum et resurrectionem & angelos fateri. De illa ergo interrogant, nimirum quòd sperent, illum vel odio Pharisæorum negaturum esse quod prius docuerat, vel si in sententia persistat, rei absurditate conuicti posse. Et creandum est, ipsos cum Pharisæis saepe de hoc ipso argumento disputauisse, quorū in scitiam ferociores facti, cum ipso Christo congressi audent. Proponunt autem casum ex lege peritū, quæ præcipiebat, vt frater pateris absq; prole defuncti uxorem duceret, & ex illa fratri mortuo semen suscitaret. Ratio legis huius multiplex erat. Primò enim cauebant, ne hereditates & familie dissiparentur; & idè ad eos pertinet fratres pertinere, qui simul habitabant. Deinde viduis quosq; consulebatur, ne defuncto marito mox ea domo eijcerentur, in cuius administratione operà bonam prius nauassent. Præterea officij erga defunctos admonebat, ne illorum memoriã turpiter intercidere paterentur. Videtur etiã de fratribus fratrum viã obstruxisse, ne quis ex fratris morte lucrū speraret, quando defuncto etiã semen excoegebant.

coquebatur, ad quod illius hereditas perveniret. Ex ista vero lege fallaciam struunt, quia Christi capi aut in absurdas opiniones abduci posse arbitrantur. Fuerunt (inquunt) septem fratres, quorum primus vxore ducta absq; liberis defunctus est. Illius ergo vxore ex affinitatis iure secundus frater duxit, qui & ipse nulla prole suscepta è viuis decessit. Eadem fuit fors reliquorum omnium, post quos ipsa quoq; mulier est mortua. Quarimus ergo, si resurrecturi sunt illi, cuius nam vxor in resurrectione futura sit? Omnium ne simul, an primi vel alicuius alterius ex septem illis? Ita vero Christi non habiturum putant quod respondeat. Nam si omnium vxorem simul futuram dicat, se distima & deestimatione digna dicitur fore in resurrectione rerum confusio. Si vnus tantum: iam reliquis omnibus iniuriam fieri clamabunt, qui ad illam ducendam legis auctoritate impulsus sunt: nec aliqua ratio poterit assignari ob quam huic potius quam illi debeat. Vide autem, quousque tandem progrediat impietas, si illi habenas laxaueris. Non verentur illi disertas Dei leges scurriliter ridere, & Dei verbo ad salutis rationem oppugnandam abuti. Est hoc stratagemata diaboli proprium, quo illum aduersus Christum in deserto vsus fuisse, supra vidimus. Imitantur hunc simul & Sadduceos hostes, qui nostro seculo ex scripturis locos aliquos vel exempla conquirunt, quibus vel ebrietatem, vel fornicandi libidinem, vel adulteriorum licentiam, vel belligerandi rabiem, aut alia immania flagitia inueniri conantur. Imprimis vero patet hoc exemplo, quid in regno Dei fingant & somnient, qui toti carnis affectu reguntur. Vt enim in presenti hoc seculo solis terrenis inhiant: ita quoad futuram vitam absurdis & fœdis cogitationibus occupantur. Talia sunt quæ Mahomet de futura piorum beatitudine tradidit, cuius præcipuam partem in hortorum delicijs, fœdis amoribus & conuiujs collocavit. Nec multum distimiles sunt, qui absurdissimis questionibus aut etiam scurrilibus dicerijs dubia & suspecta facere conantur, quæcumq; de resurrectione mortuorum & nondum Christi ad iudicium aduentu scriptura tradidit: & eadem plane dicunt, quæ illos dicituros esse D. Petrus olim prædixit. Nimis tamen illorum iudicijs nos offendi decet, quando hæc non noua sunt, sed Christum potius Sadduceis istis respondentem audiamus, cuius responsionis partes sunt tres.

Prima absurda istius questionis causam indicat, ne qui ex vulgo offenderentur, qui homines non postrema auctoritatis tam scurriliter de re maximi momenti loqui audiebant. Nonne propterea erratis (inquunt) quod nescitis scripturas, neque potentiam Dei? Scripturarum ergo ignorantia præcipua errorum causa est. Per hanc enim fit, vt nec Dei potentiam obseruemus, & proinde absurdum & impossibile esse putemus, quicquid nostre rationis capere exuperat. Scripturis ergo nos assuescere oportet, & Dei verbo non modo carnis nostre sensum, verum etiam rationem & intellectum nostrum omnem subicere per fidei obedientiam, sicuti Paulus Abrahami exemplo docet, qui non effectas sui corporis vires, aut emortuam Saræ vuluam, sed Dei omnipotentiam simul & veritatem respiciens, Dei promissionibus indubitata fide credit. Obseruabis autem, Christum non nudam Dei potentiam, sed simul cum hac scripturas, id est, verbū Dei allegare. Nec enim facit statim Deus quicquid potest, sed quicquid vult, vt in Psalmis dicitur: Omnia quæ voluit, fecit. Voluntatem vero suam verbo reuelat, quod scripturis continetur. Frustra ergo aduersarij nostri hoc ipso argumento contra nos in Cæna negotio vtuntur, & nobis omnipotentiam Dei obijciunt, nosq; illam negare calumniantur, dum fieri posse negamus, vt Christi corpus simul in celo & in terris sit. Nec enim hoc impossibile esse dicimus simpliciter, sed quod ipsius Christi & Apostolorum verbis institui, longè aliam illius voluntatem esse scimus, quàm quod in terris post hæc corporaliter versari velit. Ipsi enim verba sunt: Exiui à patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Item, Expedi vobis, vt ego vadam. Et rursum: Si quis dixerit vobis, Ecce hic Christus, ecce illic, nolite credere. Petrus quoque dicebat: Oportet Christum celos accipere vsq; in tempus restitutionis omnium. Et Paulus de ipsa Cæna differens, iubet vt mortem Domini annuntiemus, donec veniat. At non ignorabat illum in se credentibus nunquam non presentem esse diuinitatis virtute: de corpore igitur hoc dicit, in quo die nouissimo ita venturus est, sicuti abeuntem viderunt Apostoli, &c. Non ergo omnipotentiam Dei negamus, sed huius limites constituimus voluntatem, quam illa non prætergreditur, nisi impotentem dicere velimus, qui ipsi sibi pro suo arbitrio imperare nequeat. Itaq; de ipsi dicere possumus, quod omnipotentia quidem Dei magnificet prædicent, scripturas vero ignorantes, aut saltem ignorare velint, quæ de Christi corpore & eius ascensione in celos longè aliter loquuntur.

Mar. 3.
Matth. 4.

1. Pet. 3.

2. Christus cal
sam errorū de
legit.

Rom. 4.

Psal. 115.

Ioan. 16.

Matth. 24.

Actorum 3.

1. Corinth. 15.

Acto. 1.

eur, quam ipsi somniant. Sed omisit istis ad alteram partem transeamus.

2. Arguit absurdam imaginatio xerint (inquit) neq. vxores ducunt, neq. nuptum dantur. sed sunt vt angeli, qui in celis sunt. Cuius tamen haec apud Lucam in hunc modum leguntur: Filij huius seculi ducunt vxores, & nuptum dant: Illi vero, qui digni habebuntur seculo illo, & resurrectione a mortuis, neq. ducunt vxores, & nuptum dant: nam vltra a mori possunt: aequales enim angelis sunt, & filij sunt Dei, qui iam sunt resurrectionis. Distinguit ergo inter praesens hoc & futurum seculum, & a causa finali conuenienter argumentatur, vt ostendat illa in caelis locum non habitura esse. Est ea, vt legitima scholis pronuntiatione genus humanum conseruetur, quod alioqui breui interitum erit, cum omnes finis mortales. Quia ergo in futuro seculo vltra a mori non poterunt, neq. aliquis corruptioni locus erit amplius, nec nec generatione opus erit, & proinde ne coniugio quidem, quod generationis ergo est, vltimum.

Gene. 1.

Piorum in caelis conditio.

Docet autem hoc loco Christus, quae nam piorum in caelis conditio futura sit. De illis enim filijs hic loquitur, impios Dei iudicio relinquens, quorum sortem infelicissimam fore, alibi docemus. Piorum filios resurrectionis vocat. Tales vocat Hebraica phrasi, eo quod semel excaecati, amplius mori non poterunt. Vt enim filij mortis dicuntur, quibus iam iam absq. dubio morandam est: ita resurrectionis filij sunt quos ita ex mortis imperio vel tyrannide Deus auertit, vt hoc illis non sit amplius formidanda. Comprehendit vero mortis vocabulum omne illud agmen malorum, quod ex peccato obortum nos infestat. Quare cum resurrectionis filij futuri simus, omnem simul poenitentiam cessare oportet, sicut hoc titulo salutis nostrae certitudo asseritur. Deinde angelis aequales fore dicit: quod non de essentia, sed conditione resuscitatorum debet intelligi. Cessat enim angelis spiritus esse, at nos corporibus nostris resurrecturos esse, scriptura disertè docet. Angelorum vero similitudo vel impuris vel molestis affectibus turbabimur. Quia enim omnis lachryma abstergetur, omnis quoq. simul tollentur, quae doloris & lachrymarum causam praebere possunt. Tertio Dei filij vocantur. Atqui iam tales dicimur, & spiritum adoptionis accepimus, in quo clamamus Abba pater. Quia de futura filiorum Dei manifestatione loquitur, qui dum in hoc seculo viuunt, nihil minus quam filij Dei putantur, cum nouas quotidie afflictiones sustineant. Vbi vero Christus aduenierit, publicanos mundo innorescet, Dei filios esse, qui nunc mundi excrementa censentur, sicuti multis in libro Sapientiae traditur. Et huc Ioannes respexit, dicens: Charissimi, nunc filij Dei sumus, et nondum cognoscimus, quod futuri sumus. Scimus autem, quod si apparuerit, similes ei erimus, &c. Comprehendit autem filiorum Dei titulum summam hominis beatitudinem. Nam si filij sumus (inquit Paulus) legitur etiam des: haeredes quidem Dei, cohaeredes autem Christi. Faciunt huc promissiones Euangelicae, quae nihil Christo locum in caelis paratum esse testantur, vbi cum ipso aeternum viuamus. Nobis vero omnium horum hic vsus esse debet, vt in aduersis quidem consolationi, in secundis autem infirmitatibus seruetur, praesentibus huius mundi illecebris nos insecari patiamur, Celebratur in Romana historia M. C. fortitudo, qui cum Placentia magistratum gereret Cn. Carbone Consule iubente decretis fieri, quo in obsides a Placentinis darentur, nec summo eius imperio obtemperauit, nec viribus cessit, cum Carbone, se multos habere gladios, respondit: Et ego multos annos habeo. Animum hinc addidit, quod in extrema senectia agens non nisi paucissimos vitae annos sibi superesse videbat, quos hostes eripere. At quantum plus fiducia nobis addere debet, quod nos vitam hanc breuem & arduam cum carnis & beatitudinis comuturos esse scimus, in qua merces laborum maxima nobis est preparata?

Psal. 104.

Isaie 25.

Rom. 8.

Galat. 4.

Sap. 4. 5. &c.

1. Ioan. 3.

Rom. 8.

Ioan. 14.

Luc. 22. &c.

5. Resurrectionem asserit ex Mose, Exod. 3. Antiqu. 18. c. 2.

Tertia parte ipsius Dei testimonium adducit, quo resurrectionem fore probat. Et Mose quidem in thoricite videtur, cum multa alia clariora in scripturis testimonia extant, eo quod Sadducei uariis alias quam legis obseruationes recipiebant, sicuti Iosephus annotauit: et vt ostendat resurrectionem vixisse non posse, nisi patres atroci iniuria afficeret velint, quibus Iudei potissimum gloriabantur. Argumentum formari potest hoc modo: Deus non est Deus mortuorum. Est autem Deus Abrahami, Isaac & Iacob. Ergo Abraham, Isaac & Iacob viuunt. Mortuos vocat ex Sadduceorum opinione, quibus ex morte resurgendi spes sit reliqua, & qui (vt in scholis loquuntur) non actu modo, vt numerus potentia vitam omnem amiserunt. At qui tales sunt, nusquam in rerum natura sunt, & proinde nulli sunt, quomodo Deus rei, quae nulla est, Deus vel Dominus dici poterit? Dicitur autem Deus pater, quod cuiusculi aliquos iam ante mortem obierant. Illos ergo sic obisse constat, vt coram Deo viuunt, & vitam corpoream

hoc quoque resurrecturi sint. Nisi enim hoc demus, illos profus interisse oportet, & proinde vanissi-
 ma erunt promissiones, quae illis datae sunt, & quibus tota gentis vestrae dignitas nititur. Videtur
 huic respexisse Paulus, quando ait: Si resurrectio non est, ergo qui obdormierunt in Christo, perierunt. 1. Corinth. 15.
 Ceterum istis alia quoque scripturae testimonia coniungere oportet, ut in eius articuli fide confir-
 memur, qui praecipua nostra religionis & salutis mysteria comprehendit. Apud Isaiam certe domi-
 nus ait: Mortui tui vivent, qui meum corpus sunt, resurgent. Expergiscimini & iubilate habitatores
 pulueris: quoniam ros herbarum viventium ros tuus, & terra mortuos eiciet. Danieli item angelus
 dixit: Multi dormientium in pulvere resurgent, hi quidem ad vitam aeternam, illi vero ad probra &
 contemptum eternum. Cum primis vero evidens est, quod Iob inter gravissimos dolores ex spiritus sug-
 gessione in haec verba pronunciauit. Novi quod vindex meus vivit, & nouissimo die adbibebit vim
 suam pulveri. Postquam vero circumdederint hoc mea cute, spectabo Deum ex carne mea. Quem ego
 mihi contemplantor, & oculi mei videbunt, & non alius: reposita est haec spes mea in sinu meo, &c.
 Habent hic singula verba emphasim, & adeo perspicua sunt, ut ampliori explicatione non opus ha-
 beant. Certe apud veteres tanta fuit resurrectionis certitudo, ut Ezechiel inde argumenta peteret, Ezech. 37.
 quibus probaret, Deum Iudeos ex Babylone liberaturum esse. In nouo autem testamento passim huius
 generis multa occurrunt, sed multorum instar esse possunt, quae apud Ioannem Christum sic ait: Veniet Ioan. 5.
 hora, qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & prodibunt qui bene egerunt in
 resurrectionem vitae: qui vero mala peccarunt, in resurrectionem iudicij. Quibus si ea addas, quae
 Matih. 24. et 25. de nouissimi diei historia habentur, nemini hoc amplius dubium fore puto, nisi quis
 & scripturas & ipsum Dei filium mendacij insimulare audeat.

At quia nonnullos ad audaciam progredi videmus, vnum hoc addam, Dei iustitiam consistere non
 posse, nisi mortui resurgant. Ut enim iustitia suum cuique tribuit, ita Dei proprium est, remuneratorem
 esse, & ut Paulus inquit, qui ad Deum accedit, hunc credere oportet, esse Deum, & esse remuneratorem
 merentibus se. At in praesenti seculo remuneratione pijs fere nullam obtingere constat, imo illos ple-
 rant, affligi, impios autem feliciter agere & securè voluptuari videmus, & Christi vox est: Vos plo-
 rantibus & lamentantibus, mundus autem gaudet. Item: In mundo afflictione habebitis. Remune-
 rationem ergo in seculo futuro esse oportet: aut si illic quoque non est, nulla est, & per consequens nec
 iustus est Deus, cum nec pijs sua praemia, nec impijs meritas penas dispenset. Nec est, quod animabus
 retributionem obtingere dicas, & proinde non iniustus esse Deus, licet corporum resurrectio nulla sit.
 Quia enim non sola anime Deo seruiunt, sed in Dei cultu corporum ministerio reuertunt, imo in corpori-
 bus suis plerumque, pijs propter veritatis confessionem affliguntur: ipsi quoque, corporibus retributio debe-
 tur. Et quia carnalibus desiderijs plerumque, pijs abducuntur, & in corpore peccant: in eodem quoque, pu-
 niantur oportet, nisi Deo iustitia mutilam & imperfectam tribuere libeat. Reuertit ergo ad Deum sunt,
 & ipsius Dei iustitiam abnegant, quot quot resurrectionis mysterium scurriliter irrident.

Nec est, quod idem vel ingenij acumen, vel sapientiae laudem sibi ipsis vendicent, cum hoc ipsis
 impossibile videatur, cuius tot argumenta in rerum natura apparent. Nonne enim semina in fulcis
 mori, & eadem cum fenore enasci videmus? Annon arbores & plantas, quae hyberno tempore emor-
 tuae sunt, nouo ineunte vere reuiuiscunt? Annon fauus, ubi in vtero materno nonem mensibus cum in
 sepulchro delituerunt, decimo post mense in vicia huius confortium prodeunt? Cur ergo impossibile
 videtur, hominè de terra resurgere, cum huius rei tot exempla habeamus, & hoc ipsum scripturae tam
 discretè iradant? Atqui breuis ista Christi responsio, vnius tantum loci testimonio confirmata, Saddu-
 ceos convincere, reliquis vero auditoribus omnibus veritatis confessionem extorquere potuit, ut Lu-
 cas & Matheus iradiderunt. Ipsi ergo Sadduceis praefractiores sunt, qui haec laetissima salutis no-
 strae mysteria adducere negare audent. Nostrum fuerit, diuinam Christi sapientiam & eiusdem poten-
 tiam inuictam agnoscere, nec impiorum conatibus offendi, quibus hodie etiam illum oppugnant. Impri-
 mis vero consoletur, quod nec mors ipsa nos à Dei dilectione separare potest. In huius enim manu
 sunt inforti anima, nec attinget eos cruciatus. Eorundem vero corpora olim excitabit Deus, ut la-
 borum suorum & periculorum praemia cum in anima tum in corpore percipiant, cum Christo Iesu si-
 lio suo, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

Resurrectio in
 titur iustitia
 Dei.
 Hebr. 11.
 Ioan. 16.
 Resurrectio na
 debet impossi-
 bilis uideri.



Et cum accessisset quidam scribis, qui audierat eos disputantes, & sciebat quod bene respondisset eis, interrogavit eum: Quod est primum mandatum? Iesus autem respondit ei: Primum omnium mandatorum est: Audi Israel, Dominus Deus noster, Dominus unus est. Dilige igitur Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex totis visceribus tuis. Hoc est primum mandatum.

Argumentum
& usus prae-
sentis loci.

Quemadmodum Dominus noster Iesus Christus toto illo tempore, quo in terris versatus est, in ijs diligentissimus fuit, quae ad hominum salutem faciunt: Ita hostes habuit infestissimos, quos non minori diligentia in hoc incubuerunt, ut ipsum opprimerent & perdere possent: quorum pernicia incurabilis in disputationibus captiosis potissimum elucet, quas paulo ante mortem ipsius adversus illum instituerunt. Agitur in his de rebus cognitio dignissima: nobis autem praeter haec simul observandum est, primum eandem fore esse, quae Christi olim fuit: quod nimirum imperatorum viribus perpetuo tentantur, & nova quotidie certamina sustinent. In quibus illos constanter esse, non animos despondere decet. Ut enim Christus semper victor discessit, hostiumque suorum contumaciam sua potentia & sapientia egregie elusit: ita in membris suis per verbi sui praedicationem perpetuo triumphabit, & in medio inimicorum suorum dominabitur. Quia ipse virtute suae, ut inter paganos certamina eiusmodi veritatis cognitio plenior & luculentior effulgeat, eaque occasione de multis alienari neamur, quorum alioqui vix aliqua cogitatio animos nostros subiret. Vidimus hoc in ijs quae latius praecesserunt: clarius tamen & perfectius in praesenti disputatione elucebit, qua Christus iudaeis fidei simul & vitae Christianae rationem complectitur, & simul efficaciter struit, qui per totum eum in suas partes pertrahit, quem ipsius adversarii ex multis delegerant, qui ipsi opponi possent. Dignus ergo locus hic, qui singulari diligentia consideretur.

Psalm. 110.

Adversarii Christi,
& illorum conatus.

Primo Christi hostes inspicendi erunt, & qui nam illorum coactus fuerit. Nominatur hic tantum, Scriba nimirum vel legisperitus, qui ipsi quaestionem proposuit. Sed plenus omnia est Matthaeum habentur, qui negotium hoc totum a Pharisaeis institutum fuisse scribit. Videtur autem quod Sadducaei os obturasset: hominibus nimirum plane carnalibus, nec multum in scripturae veritatis. Quare doctorem aliquem antagonistam querendum esse arbitrantur, quem illi opponant. Diligunt ergo quendam Legis doctorem, qui Sadducaeorum disputationi interfuerat, & quem antea citat in Lege versatum fuisse, postea ex ipsius Christi testimonio patet. Movit hic quaestionem, nam primum, id est, praeceptum aut summum sit in Lege Dei mandatum. Querit autem, non viscat, sed ut captiose tenet. Sperat enim Christum, quem hominem illiciter atum esse arbitrabatur, non habiturum quod respondeat, vel aliquid pronunciaturum esse, quod Legi minus convenienter fore, ut aut ignorantiae suspicionem incurrat apud populum, aut pro schismatico accusari possit. In primo observari debet hostium Christi contumacia, qui toties iam victi & confusi, certamen saltem instaurant, nec sibi satisfieri patiuntur. Causa huius mali est, quod ambrosiosi & avari homines, veritatis studio aguntur, sed in hoc incubunt, ut suis rebus consulant. Nam qui tales sunt, per certamina moveri impossibile est, quando nec plagis emolliuntur, nec propriae conscientiae testimonio adducuntur, ut veritati cedant, quam sibi adversam esse sentiunt. Tales olim Pharaonem, Saulem, & deinde Zedechiam, & alios plures fuisse legimus. Et hodie non pauci istorum similes reperiantur, quibus satisfacere coneris, non plus feceris, quam si Aethiopem dealbare instituas. Nec idcirco illorum exemplo quisquam offendi debet, si incurabiles maneat, quando ij quoque incurabiles manserunt, quos Christus ipse toties disseruit.

Matth. 22.

Contumacia
impiorum in-
curabilis.

Consortia im-
piorum quanti
noceant.

Praeterea Scribae huius exemplo admonemur, quid possit impiorum commercium. Fuit is doctus, & in scripturarum cognitione eo usque progressus fuerat, ut Christus illum non procul a regno Dei abesse restetur. Audiuerat item Christum Sadducaei bene respondisse. Adhuc tamen operam suam Pharisaeis locat, & sub Legi praetextu Christo insidias struit. Ut enim qui piecum consuetudinem illa inquinatur: ita qui superbis & impijs Dei contemptoribus conuersantur, illorum fere similes

Eccli. 13.

funt, nec unquam illi discedunt. Aut enim impietatem contrahunt perfecta, aut multa præter con-
 scientiam faciunt, ne à gratia illorum excidant, aut saltem multa dissimulant, ne ab ipsis dissentire vi-
 deantur. Exempla huius generis hodie multa extant, & interdum eos ad hunc lapidem videmus offer-
 dere, qui non vulgarem doctrinam & pietatis existimationem sustinent. Quid enim non pariamur bo-
 die, quando Petrus ex hostium Christi consortio ita refriguit, ut eum publicè abnegaret, quem Dei
 filium esse antea confessus erat? Et idem Antiochie à syncretiori Evangelicæ veritatis regula defle-
 scere cepit, quoad vitæ conversationem, cum apud Iudæos gratiam bonam inire vellet. Semper ergo
 meminerimus, amicitiam huius mundi esse inimicitiam cum Deo, & separemur à prava illorum ge-
 neratione, qui privatum honorem & questum gloriæ Dei præferunt.

Matt. 26.
Galat. 2.
Iacob. 4.

Porro ad Christum transiamus, qui etsi responsione prorsus indigni essent, respondet tamen: tum
 quia questio hæc pia esset & cognitus necessaria, tum quia videbat Scribam hunc à regno Dei non om-
 nino alienum esse, & proinde lucriferi posse. Est hoc magna bonitatis argumentum, & quod (ut ali-
 bi facetur) neminem ad se venientem rejiciat. Docet præterea suo exemplo, ut veritatis doctrinam
 quacumque occasione propagemus, & interrogati nihil dissimulemus, licet nos insidiose interrogari scia-
 mus. Graviter de hoc Apostolus admonet, quando nos paratos esse iubet semper ad respondendum cui-
 libet petenti: & faciunt hæc Christi verba, Quæcumque mei & sermonum meorum puduerit in genera-
 tione hæc adultera & peccatrice, illius pudebit & filium hominis, quando venerit in gloria patris sui
 cum angelis sanctis. Marc. 8.

Christus respon-
det, etsi respon-
sione indigni
sint.
Ioa. 6.
1. Pet. 3.

Cæterum ita responderet Christus, ut non modo quod nam primum sit præceptum indicet, verum etiam
 totius legis summam & ræsum, & deoq; omnem salutis rationem illis ob oculos ponat. Nam ea ca-
 pita allegat, quibus tota lex continetur, dilectionem nimirum Dei & proximi: quæ simul hominis
 corruptionem arguunt, imò cogunt, ut iustitiam, quæ lex impletur, ubi quàm in nobis ipsis quaera-
 mus. Et ne quam habeant calumniandi occasionem, ipsius Moysi verbus utitur: quorum pars prior,
 quæ de Dei dilectione præcipit, Deuter. 6. cap. habetur: altera vero de proximo diligendo Levit. 19.

Christus sum-
mam Legis to-
tius comple-
ctitur.

In præsentem priorem modo videbimus. Vult autem Moses brevè compendio complecti, quid Deo de-
 beamus, & inter alia ait: Audi Israel, Dominus Deus noster, Dominus unus est. Diliges itaq; do-
 minum Deum tuum, &c. Sunt loci istius partes due. Prima Dei descriptionem habet, quæ commodissime
 præmittitur, ut ex illa discamus, quàm merito ille à nobis diligere & observari debeat. Vbi interim
 admonemur, quid de Deo credere aut sentire debeamus. Primum, quod noster Deus sit. Inculcat
 hoc passim scriptura, & in federe olim cum Abrahamo facto, deinde in Decalogi exordio hoc ipsum
 præcipue urget. Et sanè in hoc fidei cardo versatur, ut Deum nostrum esse Deum, intelligamus, quic-
 quid tandem malorum incidat. Hinc enim non modo obedientiæ, verum etiam patientiæ & constan-
 tiæ fontes derivantur. Ideo David in maximis angustiis, quando à Deo derelictus videri poterat, cla-
 mabat: Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti? Quam vocè Christus postea in cruce suo ex-
 emplo confirmavit, ut doceret nobis tunc etiam in Deo, ceu nostro & nobis obstricto Deo, sperandum
 esse quando à nobis alienissimus esse putatur. Deinde Deum hunc, quoad essentiam, unum esse agno-
 scamus. Quia enim supremum bonum est, unicus sit oportet, cum duo vel plura suprema simul esse
 non possint. Consentium his scripturæ omnes. Ipse certe per Moysen pronuntiat: Videte, quod ego,
 ego inquam ipse sum, & non est Deus præter me: ego occido, & rursus vivifico, &c. Et David in
 Psalms canebat: Quis deus, præter dominum? quis petra, præter deum nostrum? Et apud Isaiam:
 Ego sum primus, & ego sum novissimus, & præter me non est deus. Item: Ego dominus, & nul-
 lus præterea, præter me non est deus: Hinc Apostolica ista coniunge: Unus deus, unus etiam ma-
 diator dei & hominum, &c. Unus dominus, una fides, unum baptisma, unus deus & pater omni-
 um, qui est super omnia, et per omnia, & in omnibus nobis. Et in priori ad Corinthios scribitur: Nul-
 lus est deus alius, nisi unus. Nam etsi sint, qui dicantur dii, sive in celo sive in terra (quem admo-
 dum sunt dii multi, & domini multi, nimirum non revera & essentialiter, sed hominum falsa opi-
 nione) nobis tamen unus est deus, Pater ille ex quo omnia, & nos in illum, & unus dominus Iesus
 Christus, per quem omnia, & nos per illum, &c. Unus ergo deus credendus est, in quo tres personas
 distinctas scripturæ monstrant, Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, & procul abijci debent dii
 alij & alij, quos homines sibi ipsi ex suo cerebro fingunt. Unus vero cognitionis dei unus hic nobis

Quid de Deo
credi debeat.
Gene. 17.
Exod. 20.

Psal. 22.
Matth. 27.

Deut. 32.
Psal. 18.
Isa. 44. et 45.

1. Timoth. 2.
Ephes. 4.
1. Corinth. 8.



esse debet, ut vno hoc contenti simus, vnum colamus, vnum inuocemus, & in illo vno spem omnem posteam habeamus. Quare aduersus ipsa pietatis principia peccant, quicquid ad creaturas respiciunt, quae scriptura vni Deo eribuit.

Quid Deo debeamus. Sed huc facit altera huius loci pars, quae quid Deo debeamus, exponit bis verbis. Diligendum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Sunt haec perspicua quidem, at tamen multis nominibus dignissima, ut in illorum meditatione multum diuisum, imò indefinenter versetur. Et primo quidem obseruabimus, quod dilectionem suam studiose à nobis Deus requirit. Est autem dilectio, animi motus sine propensio erga aliquod, ut propter nos, sed illud ipsum quod diligimus. Quapropter qui Deum diligit, animo toto in illum propensum, non tam priuati commodi causa, quam ut illius honorem & gloriam promoueat. Compertum ergo in se dilectio hac fidem & obseruationem cum obedientia studio coniungendam, ut postea plura doceatur. Nunc vero bonitas Dei admirabilis, & vicissim nostri ingenij corruptio hic elucet. Haec enim dem in eo, quod peculiari precepto nos ad Deum amandum excitari oportet, quem ex communi sensu summum bonum esse, plerique hominum intelligunt. Illa vero, quod à nobis amari vult Deus, cum nihil nobis cum ipso commune sit, nec quicquam nos illi prestare possimus. Etenim vni quae nos illi curae esse quam maxime, & hinc nos in aduersis consolationis argumenta petere conamus. Quae enim se diligi vult à quoquam, diligentem aspernari non potest. Cuius rei exempla in parulis ad videndum, qui immorigeros quoque filios, ad se conuersos, non rejiciunt: eò quod se ab illis amari & seruari volunt. Ita prodigum filium recipiebat pater, qui Dei personam sustinet, cum illum miserum & egenum redire videret. Sive ergo morbis cruciemur, sive exules oberemus, sine peccatore conscientia vexemur, Deum diligamus, & illum inuocemus, & mox illum sentiemus nobis clementer esse atq; propitium.

Ut Deus diligitur debeat. At prodesse videre, qualis nam hic amor esse debeat. Exprimi hoc diligenti pariter & futurum hominis enumeratione Moses, vel Christus potius: summa autem omnium, quae dicuntur, ut dilectio Dei in nobis sincera & perfecta sit. Sinceritas enim ab omni hypocriti aliena est, dum cordis, mentis, animae & aliarum facultatum hominis memini. Perfectionem vero non ad exteriorum, animam totam, vires denique hominis omnes requirit. Quia enim Deus vnus est, vnus etiam amari debet, maxime cum zelotes sit, qui alium sibi conferri nequaquam patitur. Praeterea etiam singula verba penitus excutere. Primo, ut ex toto corde se diligamus, requiritur. Atque est illud sedes est. Hos ergo omnes in dei dilectionem dirigi oportet, quod abq; regeneratio & vnus hominis inuolutione fieri non potest. Deinde ex tota anima se vult diligi. Anima vero bonitas tribuitur, & proinde hanc nos illi consecrare debet, ut quod viuimus, ipsi viuamus, addebat de nobis stantibus viuentem hostiam, qui verus ille & rationalis cultus est, sicuti Apostolus monet. Quos vero bementer peccant, qui meliorem vitam partem diabolo tribunt, senectam vero frigidis ceremonias superstitionibus consecrant, quasi ita cum Deo ludere nobis liceat. Tertio mentem totam requirit, quae (ut postea ex Scribae interpretatione patebit) intellectum & omnes interiores hominis facultates comprehendit. Et licet hisce tribus totum hominem sibi vendicat Deus, addit tamen: Et carnis virtutibus tuis: ita nimirum omne illud complectens, quod homo cum corpore tum animo potest. Illud ergo non inanem dilectionis Dei professionem nobis praecipit, sed salutem quae hominem totum Deo tradit.

Rom. 12. Et effectus pulcherrimis se se conficiendam praebet. Qui enim ita Deum diligit, illi conueniens & vni cupiunt, nec quiescunt, donec se illi coniunctos esse sentiant. Detestantur ergo peccata, quibus nos ab illo separari norunt, verbo autem ipsius vnice student, in quo se ipsum & voluntatem suam nobis reuelat. Nec illud audiunt modò, verum etiam eidem obediunt, quoad hoc nostrae carnis immunitas patitur. Semper enim haec Christi in illorum auribus resonant: Qui ex Deo est, verba Dei audit. Et omnes mea vocem meam audiunt. Item: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Diligunt item eos, quos ad Deum pertinere, vel ab illo nobis commendatos esse sciunt: Omnes enim carnis homines, imprimis tamen domesticos fidei, qui eiusdem corporis in Christo nobiscum membra sunt.

Dilectionis Dei effectus. Iste 59. Unde Ioannes dicebat: Qui dixerit, diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Quia si vera reuera idem nullis aduersis sine periculis sese superari patiuntur, sed cum Apostolo dicant: Qui non separabit à dilectione Dei? num afflictio? num angustia? num persecutio? num famelica? num sitis?

Ioan. 8. 10. 14. **s. Ioan. 4. Rom. 8.**

cas: num periculum? num gladius? Quemadmodum scriptum est: Propter te morti tradimur tota die haberi sumus veluti oves destinatae mactationi. Verum in his omnibus superamus per eum, qui dilexit nos. Et postremo Deum diligentibus nihil suavis et iucundius est, quam frequenter cum illo colloqui: quapropter in precibus et gratiarum actione assidui, omnia pericula fortiter spernunt, quae veri Dei imprecationem impendere solent: cuius rei exemplum evidens in Daniele habetur, qui leo Daniel. 6. nibus proici potius, quam precibus ad Deum intermittere voluit. Haec (inquam) dilectionis huius effecta sunt, quae si in nobis hodie requiramus, mox patebit, quam procul absimus ab ea obedientia, quam a nobis Deus optimo iure exigit. Profitemur quidem omnes, quod Deum diligamus, et Deum odisse propheta quos hominibus scelus immane videtur. At quocumque quis est, qui Deo totus con-

Daniel. 6.
Rom. 5.
1. Ioan. 4.

Et secundum [mandatum] simile est hoc: Diliges proximum tuum, ut teipsum. Maius istis aliud mandatum non est. Et dixit ei scriba ille; Bene, Magister, in veritate dixisti, quod unus sit Deus, & non sit alius praeter eum; & quod diligere eum ex toto corde, & ex tota intelligentia, & ex tota anima, & ex totis visceribus, ac diligere proximum ut teipsum, plus sit quam omnia holocaustata & sacrificia. Tunc Iesus cum uisset eum cordate respondisse, ait ei: Non longe es a regno Dei. Et ne amplius audebat eum interrogare.

Dominus & saluator noster Iesus Christus apud Ioannem ait: Omne quod dat mihi pater, ad me venit: et cum qui venerit ad me, non eicio foras. Exemplum huius promissionis evidens in presenti tractatione habetur. Venit enim ad illum scriba quidam a pharisaeis subornatus, ut ipsum questionibus captiosus et insidiosus circumveniret. Interrogat is, quod nam primum sit inter Dei mandata. Quaestio vero hic scopus est, ut vel ignorantiam Christi apud populum traducant, vel ipsum accusandi occasionem veniant, si quid contra Moysen et Legem Dei pronunciet. Christus tamen nulla habita instituti ipsorum ratione, ita respondet, ut non modo doceat, quod nam mandatorum omnium primum sit, verum etiam totius scripturae summam, et in hac omni vita recte et beate instituende rationem duobus praeceptis complectitur. Primum Dei dilectionem praecipit, quae et huius veram cognitionem et fidei obedientiam continet, et proinde totius scripturae compendium dici potest. At quia eadem in ipsis potissimum elucet, quae ad vitae conversationem et externa officia spectant, alterum de proximi dilectione praecipit, quod priori huic coniungit: et ita causam hanc proponit, ut adversarium proximae conscientiae testimonio convictum cedere et verum fateri cogat. Est ergo locus hic confideratu dignissimus, docens, ut ipsi quoque verae pietatis studium externis operibus testari, et agnoscere veritati cedere debeamus.

Argumentum
et usus presen-
tis loci.

Secundum (inquit Christus) mandatum simile, est hoc: Diliges proximum tuum, ut teipsum. Praeceptum de dilectione proximi.



Leuit. 19.

riarum memores simus, quas nobis conciuues aut populares nostri inferunt. Dicit autem Christus preceptum hoc priori simile esse: primum, quod in hoc etiam, vt in priori, non aliud quam dilectio precipitur. Deinde, quia Dei dilectio eius dilectionis vera & vnica causa est, que proximo complacetur. Præterea, quod vt Dei dilectio obedientiam & quæcunque illi debemus officia continet: ita dilectio proximi omnia ea comprehendit, quæ secundæ tabule præceptis de proximo & rebus illius traduntur. Vnde Paulus dicebat: Nemini quicquam debeatis, nisi hoc vt inuicem diligatis. Nam qui diligit alterum, legem expleuit. Si quidem illud: Non machaberis, Ne occidas, Ne fureris, Ne dicas falsum testimonium, Non concupiscas, & si quod aliud præceptum est, in hoc sermone summum ac non comprehenditur. Nempe, Diliges proximum tuum, vt teipsum. Dilectio siquidem proximo maxime operatur: & proinde consummatio legis est dilectio. Restat ergo Christus hæc duo mandata vna se similia esse ait.

Rom. 13.

Nobis vero priusquam de dilectione dicamus, admirabilis & plane paterna Dei gratia consideranda venit: qui non alijs præceptis nos astringere voluit, quam quæ omnia ad dilectionem vna charitatem referri possunt: quæ nihil inter homines iucundius, suauius & salutaris tenentur. Hæc enim nos Deo patri simillimos reddit, qui vt ipsa charitas est, teste Apollolo, ita beatitudinem suam in omnibus operibus suis exercit, dum in indignos quoque beneficia confert, & solum suum (vt in Euangelio dicitur) super bonos & malos oriri sinit. Viderunt hoc olim ebriorum sapientes, qui in mines benefaciendo ad diuinitatem proximè accedere, & hoc nomine hominem homini Deum esse dicere. Deinde ad tranquillè & beatè viuendum nihil conducibilius est charitate, quam vnicuique suauissimum condimentum rectissime dixeris. Hæc enim offensis mucus medetur, proximi iniurijs ignoscit, iniurias suffert patienter, & aduersa omnia mitigat: cum è contra odium nihil aliud suauè & iucundum esse patitur, sicuti in Caino, Saule & horum similibus est videre. De qua ergo est hæc Dei bonitas, qui legibus suis ad ea officia nos astringere voluit, ex quibus fructus vitæ ad nos redit, & sine quibus vitæ hæc nobis iucunda esse nequit. Simul verò hæc ipsa peruersum & malignum nostræ carnis ingenium arguunt, qui vt istis obtemperemus, vt illis rationibus nos adhibere patimur, sed odij potius & simulatibus ac inuidiæ indulgemus, quæ vitam omnem nobis vitium amarum reddunt.

Dei bonitas in dilectionis præcepto elucet.

1. Ioan. 4.

Psalm. 145.

Matth. 5.

Dilectio quid sit.

Ar dilectionem nuper diximus esse animi propensionem, qua alicui bene volumus, non in ipsa ipsius causa, & quæ fauorem hunc re ipsa pro virili est amur. Nec enim de eo amore Deus in sua lege præcipit, quò aliquos nostri commodi causa prosequimur, eò quod beneficia ab illis iam ante accepimus, vel nos accepturos speramus. Ita enim publicani quoque (vt Christus ait) imò fures & lacrosum se mutuo diligunt, qui (si proprie loqui libeat) se ipsos potius, quam proximos suos diligere dicuntur.

Matth. 5.

Tolle enim priuati commodi spem, & mox amorem hunc euanescere videbis. Nobis autem hoc dilectio cum primis consideranda erunt. Primum, quibus nam dilectionem Deus præcipiat. Deinde quæ ad nos diligere debeat. Tertio, quis nam dilectionis istius modus sit.

Dilectionis præceptum ad omnes ex æquo pertinere.

Quoad primum, probè tenendum est, generale esse præceptum hoc, & ex æquo ad omnes homines pertinere. Solent enim hæc eger glueri nonnulli, & in sua vel egestate & inopia, vel inopiantia & imbecillitate sibiipsis patrocinium quaerere. Et hi plerunque dilectionem ab omnibus admodum rigide exigunt, eandem verò in semetipsis securi negligunt, nec se illius lege teneri arbitrantur. Causa erroris est, quod dilectionem operibus non cordis affectu metiuntur, nec obseruant affectum dilectionis in illis quoque locum habere posse, qui eundem operibus restari minime possunt. Distinguitur ergo est inter dilectionem & opera dilectionis. Dum enim hæc præcipit Deus, vt nimirum famelicum, sitientibus potum, nudis vestes, peregrinis hospitium præbeamus, captiuos item & afflictos consolemur, denique auxilio & consilio nostro subleuemus eos, qui his opus habent, illi loquuntur, quæ ijs facultatibus iam ante instruxit, vt istis præstandis sufficiant: nec violatæ legis reata tenentur, quos egestas & laborum Dei inopia impedit, quò minus ista præstare queant. At cum idem ille proximum diligere iubet, animi propensionem & voluntatem requirit, quam omnes ex æquo præstare tenentur, eò quod illa non modo in diuitibus & auctoritate præditis, verum etiam in egestis, obiectis et rerum inexpectis locum habere potest. Esto enim, desint opes, quibus aliorum egestas subleuetur, desint vires quibus laboranti succurras: desit consilium, quo perterritam subleuet, animus tamen

Isaie 58.

Matth. 25.

desint vires quibus laboranti succurras: desit consilium, quo perterritam subleuet, animus tamen

desse non potes. Et quo illi bene velis & adiurum cupias, nisi illum tibi infelix odij & inuidia affectus abstulerit. Ergo diues peccat, dum inopem & famelicum negligit: ita non minus peccat inops, dum alij suas fortunas inuidet. Peccat qui ocio & pace abundans, obertantes Christi exules domum suam colligere dedignatur: ac non minor extorris & exulis culpa est, si illi pacem & ocium maligne inuideat. Peccat, qui afflictum suo consilio & consolatione destituit: ac non leuius afflicti scelus est, si vel odio vel impatientia superatus, omnes homines similiter miseros esse cupiat, et inuidiosè omnes eos damnet, quos laetiori fortuna frui cernit. Peccant, qui à debitoribus suis debita inhumanius exigunt: ac aequè peccant, qui charitatis lege ad fallendos creditores abutuntur, & in compositiones aliq; in bonos studia insumunt ea, ex quibus creditoribus suis satisfacere debebant. Eadem enim lex & à creditore humanitatem, & à debitore satis factionis officium exigit. Idem in alijs quoq; obseruare nos conuenit, ne quis cæcis inuidia & odij affectibus abreptus dilectionis legem nihil ad se pertinere putet.

Secundo, quis diligi debeat, videamus. Exprimi hoc proximi vocabulo, & sic ingenua philantia malo medetur. Per hanc enim fit, vt singuli cum Comico illo dicant: Heus, proximus egomet sum mihi: & proinde varia fingunt personarum discrimina, quibus se excusent, ne cui charitatis officia prestare cogantur. Aut enim veteres iniurias commemorant, aut ob vitam turpiter et an facta in diu gnos dicunt quibus beneficiat, aut etiam gentium publica vitia priuatis hominibus exprobrant. At omnia hæc amolitur Deus, dum nos proximum diligere iubet: quo nomine omni loci & ordinis bonos comprehendit, vulgè, vt omni postea personarum discrimine quemuis obuium fauore & beneuolentia prosequamur, proq; virili nostra inuenimus, si illum nostra ope & consilio opus habere videamus. Et hoc quidem in Samaritani parabola apud Lucam copiose explicatur. Quia enim vna & eadem est omnium hominum origo & conditio, Deusq; communi necessitatis lege omnium ordinum & nationum homines ita constrinxit, vt mutuis operis & auxilijs omnino opus habeant, non est quòd alias atque alias dilectionis causas queramus, sed sufficiat nobis, quòd homo sit, quem nostra opus indigum esse videmus. Quòd si autem omnibus hominibus hoc officij debetur, quantò magis domesticis fidei illud debemus, quos præter communem naturæ legem, fidei quoq; vinculum nobis deuinxit, vt nobiscum in Christo vnus & eiusdem corporis membra constituit? Vides ergo quàm detestabilis illorum error sit, vel potius inhumanitas, qui fratres in necessitate constitutos non negligunt modo, vt rumentiam inde occasionem arripiunt, qua aut odium suum iniustum & iniquum exaturent, aut vere res iniurias voliscantur.

Tercio quis dilectionis modus esse debeat, indicatur, quando proximum perinde vt reipsum diligere iubetis. Facit & hoc ad coercendam philantiam, qua fit, vt nos solos amore dignos iudicemus, alios vero omnes aut securè negligamus, aut fastidioso aspernemur. Deinde ijs respondet, qui ignorantiam prætexunt, scq; nescire quiritantur, quid aut quantum proximo egenti largiri debeant. Ac audiò bone, perinde vt reipsum proximos tuos te diligere Dominus iubet, & quis tibi proximus sit, modò audiuisti. Non ergo in te vno amor requiescat, nec quenquam negligere vel fastidire debes. Nec est, quòd de dilectionis modo anxie queras. Quis enim mortalium ignorat, quàm tenere singuli se ipsos amant? Vt primum enim aliquid præter animi voluntatem accidit, mox dolore afficimur, nosq; nostris ipsorum miseret. Deinde non simulatè, sed verè non frigidè, sed ardentè nos ipsos diligimus, idq; assiduo & indefesso commodi nostri studio palàm testamur. Vicia verò, si qua in nobis sunt, aut studiose corrigimus, aut prudenter distimulamur. Denique nos ipsos amando nunquam defatigamur. Ad eundem modum proximus quoq; à nobis amari debet. Misereamur eius, si quando illum in felicibus agere videmus, nec inanibus modò verbis, sed re ipsa amorem pro virili tessemur. Vicia illius amice & pro vocationis nostre ratione corrigamus, aut (si id fieri nequit) quoad sine scandalo licet, illa prudenter occultemus. Hoc enim charitati proprium esse, Solomon sapientissimus mortalium, & Proterb. 10. post hunc Petrus Apostolus testantur. Nec sufficiat nobis, aliquandiu proximum dilexisse, sed pergamus in amore nostro, nec vnquam defatigemur, quoad sese aliqua offert de illo bene merendi occasio. Hæc præcipua sunt, quæ veram dilectionis proximi regulam constituunt.

His absolutis, scribam audiamus, qui tenendi causa quaestionem istam mouerat. Probat ille Scriba Christo Christi responsum, imò illud ipsum pluribus verbis reperit et scripturaru auctoritate confirmat. Bene assentiuntur.

Quis diligi debeat.

Proximus quis.

Luc. 10.

Galat. 6.

1. Cor. 13.

Dilectionis modus.

Proterb. 10.

1. Pet. 4.

(inquit) Magister, in veritate dixisti, quod vnus sit Deus, & non sit alius prater eum, & quod digere eum ex toto corde, & ex tota intelligentia, & ex tota anima, et ex totis viribus, ac diligere proximum vt seipsum, plus sit quam omnia holocausta & sacrificia. Habent hoc aliquam eorum positionem, qua Christus paucis attingit, cuius exemplo admonemur, nobis in Dei verbo nisi per functione verjandum esse, sed ita, vt quid illo tradatur, quaeq; ex illo dogmata necessarij sequantur, intelligamus. Repetit enim Christi verba noster hic, quod attentionis & meditationis diligentia dicitur esse, quam propheta ab auditoribus suis crebro requirit, quamq; necessariam esse, Christus supra in feminis parabola docuit. Deinde quae ex Christi verbis consequuntur, egregie elucet. Dixit ille: Dominus Deus tuus, Dominus vnus est. Hinc colligit scriba, quod prater vnicum Deum alium non sit, nec quisquam prater illum pro Deo haberi aut agnosci debeat. Dixerat item Christus, Manus istius aliud mandatum non est. Ex eo iste infert, quod horum observatio omnibus sacrificij longe excellat: id quod illum in prophetarum sermonibus obseruasse credibile est, qui frequenter de pietate & iustitie publicae studium externo cultui & omnibus ceremonijs praeferunt: nec immerito, cum charitas per se Deo probetur, externi vero ritus non nisi propter alium finem illi grati sint: quem si negligamus, à prophanis superstitionibus nihil differunt. Hac ratio si hodie in articulis controversis obseruaretur, facile contentionum finis inueniri posset. Fatemur omnes vnum Deum cali & terra creatorem. Cur ergo non cum scriba hoc inferimus, non esse alium prater hunc? cur illi alio Deo quasi subsidiarios substituiamus? cur illi debitum honorem in creaturas transferimus? Fatemur Christum in ara crucis immolatum dixisse, Consummatum esse. Cur ergo non illius sacrificio contenti sumus? cur nosa quotidie instituiamus, quibus illius meritum in dubium vocatur? Scimus a prophetis dixisse, non esse aliud nomē sub caelo, prater Iesum Christum, in quo nos salui fieri oportet, & boni nobis à Deo patre mediatorem & aduocatum esse constitutum. Cur ergo infinitas alias salutes nos, & innumeros aduocatos ipsi ex nobis fingimus? Poterant haec & omnia alia facile dici, & expandi, nisi infelix contendendi libido multorum animos obsideret, qui affectus priuatis publicae salutis & religioni longe praeferunt.

Marc. 4.

Isaie 1. 58.

Hof. 6.

Amos 5.

Mich. 6. & c.

Ioan. 19.

A. Ier. 4.

1. Tim. 2.

1. Ioan. 2.

Veritatis uis magna.

Dan. 2. 3. & 6.

2. Sam. 12.

Psal. 51.

Ioan. 3.

Matth. 12.

Christus scriba ueritati cedentem probat.

Rom. 14.

Est etiam aliam ob causam memorabile admodum scribae huius exemplum. Elacet enim in ea quanta sit ueritatis uis apud eos, qui animos suos nondum obstinauerunt. Venie enim vt Christum insidiosè tentaret. Audito autem Dei verbo, illi consentit, & illius doctrinam publicè commendat, cum ignorare non posset, quam malam gratiam apud suae factionis homines esset inturus. Immo exemplum hoc, vt conuicti cedamus, et Deo gloriam demus: cui qui cedere solent, si demum uillit longe pulcherrimam saluberrimamq; reportant. Ita enim fit, vt priores quos, lapsus ille Deus condonet, & ipsi quotidie in melius proficiant. At magnum hodie incurabilis pernitia arguerentur est, quod pleriq; ne conuicti quidem ueritati cedere dignantur. Potuit olim Deus vno & altero raculo Nabubodonozorem & Darium, potentissimos reges, flectere, vt ipsum agnoscerent, & errores suos publicè faterentur. Potuit breui responso scribae huius animum Christus emollire, vt ueritati testimonium ferat. At eadem hodie multis non sufficiunt, licet & olim plurimis miraculis confirmata sint, & indies infinitis scripturae locis illustrentur. Similis multorum pernitia in his aetatibus, quae ad mores & uita conuersationem faciunt. Dauid olim à Nabano correptus peccatum suum agnoscebat, & Dei opem implorabat. Et Nineuitas ad uenicam Ione prophetae conuentionem peccata sua agnouisse, & respuisse legimus. Hodie uero multi ex eo laudem captant, si in sic quos, sceleribus pertinaciter perseuerent, quae olim gentes penitus digna iudicauerunt. Sed magno illis olim confusio gloria, quando Dei uictoris sententiam audient.

Sed ad Christum redeamus, qui cordatum scribae responsum probat, & illum non procul a regno Dei abesse dicit. Intelligit uero salutis negotium & ueram huius cognitionem, quae ex Evangelio hauritur. Ab ea uero non procul aberat, cum quod ueritatem priuatis affectibus praefereret, & quod uera pietatis officia ab externis latius discernere, quibus hypocritae se ueritate confiterentur. Docet autem suo exemplo Christus, non statim damnandos esse omnes eos, qui ueritati aduersantur. Si enim hoc ex ignorantia faciant, diligenti institutione lucriferi possunt. Quo Paulus respuens, infirmos in fide assumere & amice fouere iubet. Minime ergo audendi sunt, qui nimio rigore quosuis reijciunt, & importunitate sua multos absterrēt, qui pia & sancta mansuetudine etiam

scripsi poterant. Alia est reproborum ratio, qui deplorata protervia omnem doctrinam & institutionem rejiciunt.

Restat exitus disputationis huius felicissimus, qui fuit, quod nemo illum post hac interrogare Christi de hostibus audebat. Ea enim veritatis vis est, ut impij quocumque velint nolint illi succumbant. Facit autem hoc ad arguendum incurabilem istorum impietatem. Est enim intra animos suos convicti sunt, non tamen emendantur, sed ad insidias simul et apertam vim conuersi, de Christo occidendo consultant, ut suo loco videbimus. Est hoc ipsum in multis etiam hodie videre, quorum iudicium non dormitat. Nos autem Christi exemplo confirmati, in veritatis causa propugnanda fortes et constantes simus. Vincemus enim et nos inter medias afflictiones per Christum Iesum, cuius promissiones habemus, quod Ioan. 14. nos orphanos relinquere nolit, sed praesens nobis adesse velit usque in consummationem seculi, Ipsi Math. 28. debetur benedictio, honor, gloria et potestas in eternum. Amen.

Et respondens Iesus, dicebat, docens in templo: Quomodo dicunt scribae, quod Christus filius sit David? Nam ipse David dixit in spiritu sancto: Dixit Dominus Domino meo, Sede ad dexteram meam, donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ipse ergo David uocat eum Dominum, unde igitur filius eius est? Et pertractans turba audiebat eum libenter.

Descripte Marcus aliquot disputationes a scribis & sacerdotibus contra Christum institutas: Argumentum in quibus videre licuit, quibus artibus se impij veritatem oppugnent. Est enim huius lucem et usus praesens loci non ferant, studium tamen veritatis interdum simulare possunt, colloquia cum pijs institunt, de multis interrogant: sed insidiosae faciunt omnia, cum non discendi studio teneantur, sed in hoc potius intenti sunt, ut veritatis doctrinam aliqua occasione vel iniuriam vel contemptam reddant. Fecerunt hoc olim Iudeorum scribae, et hoc ipsum hodie a multis fieri notius est, quam ut exemplis demonstrari oporteat. Caeterum insidiosis hostium disputationibus nouam subiicit Euangelista, quam ipse Christus longe alio consilio instituit: nimirum non ut illis laqueos struat, sed ut publice omnium saluti consulas, sicuti mox dicitur: sicq; suo exemplo docet, quae nam piorum disputationes sint, et qua ratione infirmi atque expediti debeant. Primo igitur institutum Christi et illius causas, deinde ipsam disputationem, postremo illius finem et exitum inspicimus.

Questionis huius disputationis causam praebuit Iudeorum ignorantia, qui Messiam quidem venturum credebant, cuius beneficio liberarentur, de eodem tamen et regno ipsius non recte sentiebant. Nam de Davidis stirpe illum nasciturum esse, ex prophetarum oraculis didicerant, regnum quoque habiturum ferebantur felicissimum et multa gloria illustre. Interim vero nihil diuini in ipso agnoscebant, sed nudum hominem esse, et in terris more principum huius seculi regnaturum esse putabant. Causa erroris erat, quod veteres promissiones et prophetarum oracula obiter modo inspicerent, et ipsae quae carni adlubescere solent intenti, non omnia diligentius excutiebant, quae in illis continentur. Fuit haec omnibus seculis maximorum errorum et absurdissimarum opinionum praecipua causa: quod nimirum homines vel contentiosi vel minus oculati vni alicui scripturae loco intenti, alios omnes negligunt, quorum collatione is illustrari poterat, nec deinde illis rationibus sese a concepto semel errore abduci patiuntur. Exempla huius mali olim in Arriani exitu, et hodie simili pertinacia Anabaptistas infantes a baptismo arcere, et quosdam Euangelicae professionis corporalem Christi in Cena praesentiam propugnare videmus, qui si rotam baptismi et Cena dominica causam penitus inspicerent, etposito contendendi studio, diligentiori scripturarum collatione viderent, mox nobis magis propitij fierent, et melius de causa rota iudicarent. Quoad vero praesentem tractationem, quia Iudeos errore, cuius supra meminimus, detineri Christus sciebat, hunc illis excimere studebat, et proinde ex ipsis scripturae penetrabilibus questionem proponit, qua omnem sui regni rationem plenissimè complectitur. Erat hoc factu necessarium, ut huius cognitio crucis scandalo miseretur, quod paulo

Argumentum
& usus praesens
loci.

Disputationis
causa Iudeorum
error de Messia.

2. Sam. 7.
Psal. 89.
Ista 11.
Ierem. 23.
Ezech. 34.

post ex morte ipsius oriurum erat. Ideo illum hac inter docendum proposuisse dicit Evangelista, quis ostentationis ergo dicta suspicaretur. Sed ipsam questionem videamus.

Questio de
Messia Davi-
dis filio.
Psal. 110.

1. Sam. 7.

Christi perso-
na Deum et
homo.
Gen. 3. 22. &c.
Isaie 11.
2. Sam. 7. &c.
Luce 1.

Luc. 2.
Idem, 4. 19. etc.
Luc. 24.

Psal. 2.
Act. 4. & 13.
Hebr. 1. & 5.

Isaie 42.

Quomodo (inquit) dicunt scribae, quod Christus, id est, vnctus ille Dei & promissus humani generis saluator, sit filius David? Nam ipse David dixit in spiritu sancto, Dixit Dominus Dominus meus, &c. Quibus verbis se Davidis filium esse minime negat, nec scribas hoc nomine reprehendit, quod promissum Messiam ex Davidis familia nasciturum doceret; sed illos in mysterio inspicere syderandis non satis attentos esse ostendit, nec obseruare ea, quae ipse David de Messia ex se putaturo dixerit, & quae per am illius cognitionem tradere possunt: adeoque erroris arguit, quod de hominem nudum fore arbitrentur, nec quicquam in illo excellentius, quam regnum terrenum, paterent. Argumentum vero ex communi & ipsius naturae legibus confirmato more deductum, hoc modo: Nec naturae, nec aequum, nec etiam vsu receptum est, vt patres suos posteros sine nepotibus, Dominos suos appellent. At David Messiam, quem ex sua stirpe post se suum obitum demum nasciturum esse sciebat, suum Dominum vocauit. Ergo plus quiddam in illo agnouit, quam vos, qui hominem duntaxat fore putatis. Et facit ad confirmationem minoris, quod verba ista David non temere excidisse, sed in spiritu sancto dicta esse testatur, id est, ex spiritus suggestionibus, qui illum in iudicandis cognitione per illa instigare voluerit. Vbi simul patet, apud Iudeos non nisi adhiberi fuisse diuina, quae Psalms iste de Messia compositus esset; alioqui elumbe fuisse apud scribas argumentum, quod illi illo Christus petebat. Posteris demum temporibus eo vsque profecit Iudaeorum impietas, vt cum Psalms huius auctoritate validissime constringi viderent, illum de Abrahamo alii, alij de Iosepho Dauid, alij de Solomone, nonnulli de Ezechia, aut quouis alio, quam de Christo, exponere viderent. Facile enim patitur mundus scripturas in quouis sensu torqueri, & expositionibus aduersariis corrumpi, modo Christi cognitionem veram non vigeamus, quae & superstitionibus euerit, & peruersi licentiam coeret. Ceterum quia illum in eum finem Christus allegauit, vt ista occasione sumeret, etiam agnoscerent Iudei, nobis quoque ea diligentius excutienda erunt, quae ad Christi & regni eius veram cognitionem faciunt.

Et primo quidem patet hinc, quid de Christo quoad essentiam siue personam ipsius sentiri debeamus. Agnouerunt hunc verum hominem esse Iudei, & talem sane omnis scripturae praedicit. Hic enim veteris Testamenti promissiones referri debent, in quibus semen mulieris, semen uter ab Adam, germen Isai & Davidis filius dicitur: qui tituli falso illi tribuerentur, nisi ex istarum scripturarum homo natus esset. Quin angelus Gabriel illius incarnationem annuncians, Mariae virgini dicebat: Quod in te nascetur, &c. Et Elizabetha ex spiritus suggestionibus eundem fructum ventris Mariae appellauit. At quid testimonijs opus est, quando tota Christi in terris conuersatio, & eiusdem mors atque resurrectio luculenta naturae humanae testimonia exhibent? Nam vt patet cum ea succreuit, vt homo verus esuriret, sitiiret, laboraret, vapularet, & tandem mortem subiit, acceptam. Et a mortuis resuscitatus semetipsum discipulis palandum praeiit, & se carum atque habere testatus est, Merito igitur Marcionem cum Manichaeis & horum socijs verus ecclesiam nauit, qui Christi humanitatem in dubiū vocare ausi sunt, quasi ille vel phantasma in aere existens esset, vel corpus quoddam sydereum & supernaturale caelitus attulerit. At non in humana natura nobis cum Iudeis subsistendum est, sed simul verum Dei filium patri coaeternum & consubstantialem. Primo enim annis ante Christi incarnationem circiter mille quadraginta tribus David mortuus obiit, qui tamen Deum patrem Christo locutum esse, & illi regnum destinasse, in spiritu testatur. Neque id in praesenti modo, verum etiam alibi, quando in Christi persona loquens, ait: Recordamini quod dixi vobis, Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te, &c. Quae verba de Christo intelligi debent, primitiuae ecclesiae & Pauli auctoritate admonemur. Deinde Dominum suum vocauit David eum, qui post multa secula demum (vt modo diximus) ex ipsius posteris nasci debebat. Quomodo nondum natus, vel Davidis vel aliorum illius seculi hominum dominus esse potuit, nisi naturam humana excellentiorem tribuamus? Praeterea ad dexteram Dei sedere iubetur, quod diuinae gloriae et maiestatis consortium significat. At qui Deū dixisse scimus: Gloriam meam dabo tibi, illam vero Christo dedit, cum ista diceret, Deus ergo & patri consubstantialis sit oportet, vt alterum

alterutrum Dei pronunciatum falsi in simulare libeat. Hec & huius generis alia diuinitatis Christi argumenta ex Psalmo hoc elici possunt. Quibus infinita alia ex nouo simul & veteri testamento accedunt, quibus recensendis ideo non immoramur, quod diuinitatem suam operibus suis ita asseruit, ut illam hostes quoque interdum agnoscere coacti sint. Omne siquidem morborum genus propria virtute curauit, leprosum mundauit, spiritus immundos eiecit, mortuis vitam restituit, peccata remisit, hominum cogitationes arguit, & infinita alia fecit, quae solius Dei virtute perfecti possunt. Et ergo Christus in vna & eadem persona Deus & homo, Deus quidem ab aeterno, homo autem ex muliere factus constituitur tempore: estque certa in persona unitate naturarum (diuinae nimirum & humanae) distinctio, adeo ut nec illa in hanc mutata sit, neque haec ab illa absorpta vel excinata. Praestat autem ista probe tenere, quia in his praecipua fidei nostrae fundamenta consistunt. Nisi enim Deum verum agnoscamus Christum, nulla nobis in hoc esse poterit salutis fiducia: imò in illo sperare nefas erit, cum scriptura dicat: Maledictus, qui confidit homini, & facit carnem brachium suum. Item, ne fidatis principibus nec filijs hominum, in quibus non est salus. Rursus, nisi hominem & fratrem nostrum factum esse credamus, adhuc diuinae maiestatis & iustitiae error impedit, quod minus ad illum accedamus, cum quo nihil nobis commune est. Non temere ergo ista in scripturis tam diligenter traduntur, ut ex ijs discamus, Christum nec facultatem nec voluntatem deesse nos saluandi, adeoque verum & vnicum esse mediatorem, per quem nobis ad Deum accessus pateat.

Secundo officium quoque Christi exprimitur, quando illum David Dominum suum vocat. Quia enim Psalium hunc ecclesiae decantandum proposuit, in comuni omnium credentium persona loquitur, nec modo qualem ipse eum agnoscat fatetur, verum etiam docet, qualis ab omnibus nobis credi et agnosci debeat. Domini enim vox relationem habet ad seruos, & proinde vniuersum redemptionis nostrae mysterium complectitur. Nam si Dominus noster est Christus, nos serui illius sumus oportet. Vnde verò hoc? Inde nimirum, quod cum diaboli mancipia essemus, & ad mortem aeternam abriperemur, ille nos pretio sanguinis sui redemptos asseruit in libertatem, & sibi acquisiuit in genus electum, regale sacerdotium, gentem sanctam & populum acquisitum, ut illius virtutes praeedicemus, qui & renebris nos vocauit in admirabilem lucem suam. Et hic pertinet, quod de regno simul & sacerdotio Christi paulo post subiicitur, quando illum à dextera Dei sedere, & aeterni sacerdotem esse restatur secundum ordinem Melchizedech. Ut enim redimeremur nos, primo quidem regia potentia opus erat, deinde etiam sacrificio, quod peccata nostra expiaret, & iustitia Dei satisfaceret. Vtrumque autem Christus habet, qui regis instar suorum causam suscepit, aduersariam potestatem debellauit, & simul sacerdos verus semetipsum pro nobis in ara crucis obrulit, & (ut Paulus ait) peccatum, id est, hostia pro peccato factus est, ut nos efficeremur iustitia Dei per illum. Verè ergo Dominus noster est, cuius sanguine nos redemptos esse nunquam non meminisse debemus, ne vel oscitantes in peccatorum seruitutem relabamur, vel hoc derelicto alios nobis quaeramus Dominos, adeoque hominum serui simus, dum illorum statuta nos turpiter submittimus. Nec enim temere Paulus clamat: Pretio empti estis, nolite effici serui hominum. Erat hoc illis obseruandum, qui non contenti Christo in Monachorum regulas iurant, & factiosa Benedictinorum, Iacobitarum, Franciscanorum aliorumque similibus nomina in se recipiunt: vel etiam Diuos caelites sibijpsos dominos & aduocatos sive mediatores constitunt, nec Christi voce mouentur apud Isaiam clamantis: Ego Dominus, hoc est nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo. Item, Nemo venit ad patrem nisi per me. Et quae obsecro dementia est, Diuos pro dominis invocare, qui ipsi, cum in terris essent, Christum solam Dominum suum agnouerunt, sed illius merito redemptos, eiusdem etiam intercessione apud Deum patrem opus habere confessi sunt? Annon David, vir iuxta cor Dei, hic Christum suum Dominum vocat, nec ea praerogatiua sibi superbiendam esse arbitratur, quod illum ex se nasciturum sciret? Annon Ioannes, dilectus ille discipulus, se reliqua credentium turba adnumerat, quorum aduocatus sit Christus Dominus? Annon Paulus, vas electionis, se inter peccatores recenset, quibus saluandis Christus in mundum uenerit? Annon idem ille eos damnat, qui Paulini vel Perrini potius quam Christiani dici volebant? Annon Apostoli omnes vni Christo discipulos adduxerunt, & unanimi consensu restantur, salutem in Christo solo contineri? Hos ergo

10an. 7. 10.
Galat. 4:
10an. 17.
Psal. 116.
Christi officium & dignitas.
1. Pet. 1. & 2.
2. Corin. 5.
1. Corin. 7.
Isaie 42.
10an. 14.
1. Sam. 13.
1. Ioan. 2.
1. Tim. 1.
1. Corin. 2. & 3.
Acto. 4.



imitemur ipsi quoque, & unum Christum Dominum & saluatorem nostram agnoscamus, qui propter peccata nostra traditus, & propter nostri iustificationem excruciat, nunc ad dextram Dei sedet, & intercedit pro nobis. Rom. 4. & 8.

Regnum Christi.

Tertio regnum quoque Christi David paucis hisce verbis complectitur, & illud diuinitatem, & aeternum esse docet. Diuinitatem enim & caeleste sit oportet, cum ad dei dexteram sedet. Inuictum, cum hostes omnes illius pedibus instar scabelli subiciantur. Et quia tale est, necessarium aeternum quoque fuerit. Cur enim cesset aut desinat, cum nemo sit, qui illud possit euertere? Et tamen haec ad salutis nostrae certitudinem & misericordie consolantur in omni tentationum genere, simulque ad adiuuandum. Si enim omnes Christi hostes pedibus ipsius subijci oportet, certa vique erit saluatio nostra, nec illam aliquis impedire poterit. Inter illos enim numerantur peccatum, mors, inferi, diabolus, mundus & quaecumque in hoc nos infestare solent. At peccatum iam olim ille expiansit, & mors non fregit, diabolus exarmatum foras eiecit, & ipsum mundum potenti dominio premens, illum propter res pro suo arbitrio moderatur: adeo ut quamuis gentes fremant, reges concursent, & de imperio regum excutiendo consulant, ipse tamen (ut hoc ipso Psalmo mox dicitur) in medio inimicorum suorum regnum obtineat: non quidem humanis armis & externa mundi potentia munus, sed uero in seipso, quod olim e Leone egressum orbem totum peruasis, & inuisis omnibus impijs regibus summationem huius seculi pradicabitur. Sunt haec multorum seculorum exemplis probata, & hodie multa sunt, quae istius fidem faciunt. Est enim ab ipsa mundi origine, postquam Cain Abilam occidit, Christi regnum in credentibus perpetuo oppugnatum sit, & Romani Imperatores non solum ad illud opprimendum vires suas omnes contulerint, & hodie quoque vi aperta simul & insidiosa dique infestetur, tamen uiuit adhuc Christus, regnat, regnabit & usque. Atque hostes omnes subdatione premet. Hinc ergo nobis in tentationibus consolationis argumenta petenda sunt, ut ne peccatorum conscientia, nec mortis aut inferorum metu, nec tyrannorum terrificis conatibus nos solum patiuntur: sed intrepida fidei constantia armati, Christo nos totos conferemus, & inter certantes huius mundi, quibus ille nos excerci uult, obedientiae officium illi prestemus, quando qui cum illis patiuntur, cum eodem quoque olim in caelis regnaturi sunt. Et haec quidem in Psalmo inuicem de Christo & regno ipsius dicta sufficiant, &c.

Rom. 8.
1. Corinth. 15.
Ioan. 12. & 16.
Psal. 2.

2. Timoth. 2.

Disputationis exitus.
Matth. 22.

Ioan. 8.

Videamus nunc disputationis huius exitum, non minus felicem quam priorum fuerit. Nam & Matthaeus tradit, non habent quod respondeant scribis, nec illum interrogare quisquam amplius audeat. Populus uero illum docentem libenter & magna cum voluptate audit. In uarijs quoque Christi sapientia & diuina auctoritas elucet, qua astutissimorum quoque hostium consilia dissipat, & homines mentes efficaciter mouere potest. Imprimis autem sacerdotum & scribarum stupiditas & conuicia obseruari debet, qui haecenus multa commisi potuerunt, quibus Christum uel exoptum uel contemptum reddant: nunc uero in questione graui & cognita maxime necessaria, quae ad ipsos non pertinebat, prorsus obmutescunt: & licet ignorantiam suam silentio fateantur, tamen non interrogant, nec uolunt ueritatem, quam ignorabant, edoceri. Tales hodie sunt non pauci homines: mirum astutissimi in ijs confingendis, quae ad piorum oppressionem faciunt: qui iudem, cum ecclesiasticam maxime ad se pertinere gloriantur, de fidei articulis & dogmatis ex scripturis interrogati magis muti reperiuntur, aut ineptissima quaedam ex sophistarum lacunis balbutiunt: cum ueritatem non pudeat oppugnare, pudet tamen illos ignorantia fateri, & quae ignorantia discere. Insuper omisit, nos eos imitemur, quos Christi doctrina delectatos fuisse Marcus scribit. Est enim hoc proprium ijs, qui ex Deo nati sunt, & iudem in ueritate cognitione maiores quotidia progressus faciunt, & tandem omnibus hostium conatibus superiores facti in caelis regnabunt cum Christo. In fine uero & saluatore nostro unico: cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

H O M I L I A C I I I I .

Et dicebat eis in doctrina sua: Cauete a scribis, qui amant stolati obambulare, & amant salutationes in foris, primosque confessus in conuentibus

tibus & primos accubitus in cenis. Qui detorant domos uiduarum, idq; sub prætenu proluxæ precationis. Iſti grauius auferent iudicium.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus non modo inſidiosas ſcribarum & ſacerdotū diſputationes prudenter eluſit, verum etiā cum illi nihil amplius poſſent opponere, ipſe quaſtione cognita cum prioribus neceſſariam propoſuit, in eum finem, vt ipſos in vera Meſſia & regni ipſius cognitione inſtitueret. Didicimus illiſe præcipua fidei & ſalutis noſtræ capita: nimirum, quos Chriſtus, quod eius officiū, & que regni ipſius condicio. Diſputationis verò hic exitus fuit, quòd pleriq; ex populo veritatis doctrina delectati ſunt, ſcriba verò eſt intra animos ſuos conuelli eſſent, nec quicquam reſpondere poſſent, incurabiles tamen et excæcati, Veritati cedere nolunt: eò quòd (vt alibi Chriſtus teſtatur) ſuam iſtorū gloriam & honorem gloriæ Dei & publicæ multorū ſaluti præferrent. Sciebat hoc Chriſtus, quem nec occultæ hominū cogitationes latere poſſunt: idè omiſiſis illis, ad populum & diſcipulos conuerſus docet, quid de iſtis ſentire, vtq; ſibi ab illorū impoſituris cauere debeant. Eſtq; locus hic multa conſideratione digniſſimus, quia paucos præcipuos falſorum antiſtitium noras comprehendit, & quid hodie iudicandum ſit docet de illis, qui veritati cedere dedignantur.

Et primò quidem, quibus cum egerit Chriſtus, indicatur. Nimirum cum illis, quos illius doctrinam libenter audiuiſſe, nuper dixerat. Fuerunt ex his diſcipuli ipſius, deinde non pauci ex reliquo populo. Et Mattheus hæc illum turbis ſimul & diſcipulis dixiſſe ſcribit. Nec id temerè factū, aut etiam annotatū fuiſſe putabimus. Primò enim quia diſcipulos totius orbis doctores conſtituerat, illos omnino præmoneri, oportuit, ne iſtorū veſtigijs ſibi inſiſtendum eſſe putarent, qui hæcenus in eccleſia doctrina antiſtitutes fuerant. Deinde non minus neceſſe fuit populum admoneri, qui ſcribarū & ſacerdotum autoritate impedièbatur, quò minus in veritatis doctrina proſciceret, licet illa non vulgariè delectaretur. Nec enim alia ſalutis & fidei remora eſt efficacior, quàm ementia & longitè temporis præſcriptione confirmata falſorum antiſtitium autoritas. Huius enim reuerentia ſit, vt ne propter errores quidem manifeſtos ab illis vulgus diſcedere audeat, quos tot iam ſæculis apud omnes loci & ordinis homines in ſummo pretio fuiſſe nouit. Exemplo ſunt hodie, qui etſi Romanorū Pontificum nefaria dogmata, reuerentiam in Romana eccleſia ab uſu, ſedam ſacrorum omnium nundinationem, mores eccleſiaſticorum diſſolutiſſimos, diſſimulare nullo modo poſſunt, ad huc tamen ſtulta & præpoſtera reuerentia ſcismatici, grande nefas eſſe arbitrantur, ſi vel palàm illis contradicant, vel veritatis doctrina ab illorū ſtatutis diſſentienti ſubſcribant. Et tales quidem inter Iudaos fuiſſe multos, non malos alioqui aut impios, vel ex eo patet, quòd poſtea Euangelij luce illuminati, vix tamen adduci poterunt, vt innatam ſibi Leuitici ſacerdotij reuerentiā exuerent. Palàm ergo & omnibus audientibus illorum hypocriſis arguenda fuit, qui ſtulta ſui nominis admiratione ſimplicium mentes detinebant.

Hinc verò generalis doctrina perit: Licere nimirum omnibus ſæculis, imò neceſſarium eſſe, Scilicet pateret, vt falſi doctores publice arguantur, ſi incurabiles ſint, & veritati relictari nunquàm deſinant. Quòd enim Chriſtus fecit, hoc ipſum prophetas quoq; & Apoſtolos magno zelo feciſſe legimus, qui non modò ſui ſæculi impoſtores oppugnarunt, verum etiam de ipſis vaticinati ſunt, quos nouiſſimis temporibus Dan. 7. & 11. venturos eſſe, in ſpiritu præuidebant. Vehementer ergo errant, qui illis hodie in oculi Chriſti graſſantur, & illis tamen in eccleſijs verba fieri nolunt, & ſui conſilij rationes egregias ſi dijs placeat, habere arbitrantur. Primò enim non temerè laceſſendos eſſe dicunt eos, qui publica regum autoritate defenduntur, & quos irritare periculoſum ſit. Deinde in miniſtris manſuetudinè & lenitatem poſitiſſimum comendari dicunt. Terriò charitatis lege præcipi aiunt, ne cuius nomen aut fama proſcindatur. Poſtremò ſtultum illis videtur cum illis contendere, apud quos te nihil proſeclurum ſcias. Hæc bene aliquò modo conuenire apud eos, qui religionè mundi huius iudicio metuntur, & Chriſto cum Belial aliquò modo conuenire poſſe putant. At ſi eadem penitus inſpicias, & ad Chriſti exempli examines, nullius ponderis vel momenti eſſe videbis. Nam quoad primum, nullis periculis eos terri conuenit, quos publicæ ſalutis cuſtodes & vindices Deus conſtituit. Et ſemper ea felicitate (ſiquidem ita dici meretur) pseudoprophetas vſos eſſe ſcimus, vt reges & principes protecltores habuerint. At non idè ipſe ceſſerunt propheta vel Apoſtoli, quos Dei præceptum vrgebat, vt ſe illis ſimul & patra-

noſtrum agnoſcimus
us, nūc ad dextram
efficitur, & illud dicitur
cum ad dextram
ur. Et quia tale eſt
ui illud poſitū eſſe
ntationum genere
ret, certa vixque
peccatum, mori ipſe
iam olim ille explari
deuicit, inferorum
tri dominio præcedere
get conuenit, & dicitur
in medio munerum
reuerentia minimam
omnibus impij
orum exemplis præ
ine, poſtquam Cæſar
Romani Imperator
vi aperta ſumit & vſu
ue, atque doctus con
tenta petenda ſunt, vt
terrificis conatibus
conſecremus, & inter
raſtemus, quæda qui
quidem in Palati
uam priorum fuerit. Ma
terrogare quilibet
audiat. Vbi enim ſum
im conſilia diſſipare,
liberum ſupplicium
Chriſtum vel ex ipſo
neceſſaria, quæ ad
lenio fatentur, tamen
hodie ſunt nō pauci
dicunt: qui idem, cum
ex ſcripturis inter
cunſ balbutiant, cum
uo ignorant diſſere.
arcus ſcribit. Eſt enim
ores quodidus præ
bunt cum Chriſto
eſtas in aſterram. A

1:
qui amant ſolati ob
conſeſſus in conu
ab

Jerem. 1.

Matth. 10.
Lucæ 21. & c.

Deut. 13.

Matth. 7. &
21. & 23.
Ioh. 10.

Christus scri-
bas cauendos
esse iubet.

Malach. 2.
Lucæ 11.
Matth. 23.

Astorum 2.

1. Reg. 18.
A falsis antisti-
tibus discen-
dum esse.
1. Pet. 1.
Matthei 23.

nis ipsorum, vel cum capitis sui periculo opponerent. Et nota sunt Dei verba ad Ieremiam dicens: Ne pueas à conspectu eorum, ne te perdam in facie ipsorum. Ecce enim ego facio te locus columnarum, columnam ferream & murum aeneum contra omnem terram, contra reges Iudæ, contra principes eius, contra sacerdotes, &c. Sed Christi exemplum sufficit, qui cum sciret, quid sibi existeret, officio tamen suo deesse noluit, quò minus sacerdotum dolos argueret. Imitari sunt boni, qui metuant, qui Dei ministri sunt. Potest enim ille suos tueri quum volet. Quod si illos pro sui gloria vitam profundere velit, tunc quog, futuri premij spe illos constantes & interpetas esse docet. Deinde mansuetudinem & lenitatem in omni hominum genere laudem excimiam mereri, si uiam dem verò in illis locum habere negamus, que Deus extirpata uult, & que publice aliorum saluti officiu. Nec enim probatur magistratus, qui ne crudelis dicatur, magno cum bonorum detrimento remerarijs & facinorosis nebulonibus ignoscit, quos Deus ciuili gladio coercere iubet. At illi Deo falsos prophetas & doctrinam falsam extirpare precipit, & eam publice saluti, cumprimis officio illam grassari patitur. Docet hoc Christi exemplum, qui cum bonorum mansuetissimus esset, peccatores incomparabili lenitate ferret, idem tamen quando illi cum scribis & sacerdotibus res esse, quodammodo oblitus, plenis (quod aiunt) uel in illos inuehiur, nec obiter tantum illorum impeturas detegit, sed lupos, fures, latrones uocat, & V à illud horrendum pœnitere necij, ut dicitur. De illis hæc ex odio fecisse quisquam (opinor) dicit, sed quid ita Dei gloria & salus publica populorum, quam patiorum fama & gloria anteponeere conuenit. Quod ipsum ad tertij quoq, argumenti rationem sufficere potest: addo tamen illic, distinguendum esse inter conicia, quibus ex parte officio aliorum famam lædimus, & correptiones, quibus uel publice uel priuam aliorum uita ex officio reprehendimus. At stultum est, propter illos periclitari, in quibus arguendos & corrigendos uiam & operam perdas. Sed non statim frustra laboratur, etsi apud falsos doctores nihil proficitur, quò ab officio cessandum est. Sciebat Christus, quàm parum apud scribas proficeret. Attamen ne officio suo deesset, & ne interim illorum auctoritas & hypocritis populo rudis & discipulis succurreret, hæc illum dicere oportuit. Ita etsi incurabiles sint prorsus, qui hodie superstitiones & doctrinam falsam in ecclesia tuentur, ijdem tamen arguendi sunt, cum ne ipsi ferociores sint, dum suam hypocritam ignorari putant: tum ut ab omnibus cauere possint, quarum ea est stoliditas, ut lapsum suum spontè sese ingerant, nisi fides & asiduis pastorum clamoribus arceantur. Qui si ante cæcitate sese turpiter subducant, non veri pastores, sed mercenarij sunt, & suæ negligentia, semper periculum, aliquando graues pœnas dabunt.

Sed audiamus Christum loquentem: Cauete à scribis, qui amant stolati obambulant, & ante salutationes in foris, &c. Sunt ergo admonitionis istius partes dua. Prima simpliciter à scribis uendum esse monet. Altera diligentius docet, de quibus loquatur. Cauete à scribis, inquit. Boni quidem, sed dura sententia, quam multis intolerabilem uisam fuisse, non est dubium. De illis loquitur, qui iam seculis aliquot primam in ecclesia locum tenuerant, quibus Legem suam & sententia clauem (ut alibi dicitur) Deus commiserat, quibz in Moysi cathedra sedentes uetera facienda & prophetarum successione gloriabantur. Suadet tamen ut ab illis sibi caueant, id est, ne equos illos pro pastoribus suis, sed potius secessionem ab illis faciant. Ita enim postea Petrus apostolus uerba interpretari uideatur, quando Hierosolymitanis consilium abs se petentibus dicit: Si speremus à generatione ista praua. At quid hoc aliud erat, quàm schisma suadere ijs, qui hætenus uicinis consensu inter se connexi fuisse uidebantur? Sed ut non omnis consensus bonus, ita uo omne sententia malum est: & sicuti peccant qui malo consentiunt, ita laudem merentur non uulgarem, qui consensum eiusmodi interrumpunt, ut ueritati consentire discant qui antea in mendacis consensibus. Ita Elias olim à Rege & sacerdotibus populum ad se transire iubebat, & illius factum Deus uulgum miraculo probauit. Quibus exemplis admonemur, à falsis antistitibus secessionem fieri debere, ut illos uillis titulis aut prerogatiuis defendi, quò minus ab illis discedere liceat. Deus enim ecclesiam suam non hominum arbitrio regi & administrari uult, sed illam uerbo suo subiecit, & causas sententiam illam generari Petrus testatur. Nec uillis alijs, sed sibi soli discipulos adducere Christus iubeat, ut

nimirum in ipso per fidei unitatem coalescant, qui ecclesia nomine censeferi volunt. Ut primum ergo officium facere desinunt antistites, & abiectione Dei verbo hominum traditiones obrudunt, nec ad unum Christum omnia referunt: nulla illis obedientia debetur amplius, quin ab illis ut male fidei seruis succedendum est, ne in ipsum Dominum perfidii simus, dum seruis ipsius fideles esse volumus. Cur enim hominibus obtemperemus, quando ne angelum quidem audiendum esse Paulus monet, si Galat. aliud Euangelium pradicet? Falso igitur & inique hereseos accusamur, eo quod à Romana sede distecerimus. Scimus quidem olim eius ecclesie fidem in toto orbe celebrem, & ipsius Pauli testimonio probatam fuisse. At illam iam pridem à veteri simplicitate defecisse, nemo negabit, qui vel obiter præcipua Evangelica doctrina capta cum ijs contulerit, quæ hodie in Romana ecclesia traduntur. Euangelium enim solius Christi vocem audire iubet, & humanis traditionibus omnem in Deo, inter dum superiori loco statuit, quando constat hoc frequentius illis, quàm illas huic cedere. Euangelio Christum ecclesie caput unicum esse docemur, qui cum ab ecclesia nunquam absit, vicario nullo opus habet. At Romana ecclesia caput aliud aspicit Papam, & eundem Christi tanquam absentis vicarium constituit. Euangelium semel in ara crucis pro nobis immolatum omnia, que ad humani generis redemptionem pertinebant, consummatuisse docet, nec posthac vel mori vel immolari posse amplius. At Papa eundem quotidie pro peccatis viuientium & mortuorum offerri clamat. Euangelium in unius Christi merito nobis iustitiam & salutem omnem monstrat. Papa uero (ut olim Pharisei) nostrorum operum iustitia et merito nos saluari dicit. Euangelio Christum lesum unicum mediator & advocatum pro nobis apud patrem intercedere discimus. At Papa tot nobis mediatores & advocatos finxit, quot Diui Diuag, in celis esse creduntur. Euangelium nos à legalium ceremoniarum obseruatione liberat, ciborum discrimina abolet, & coniugij usum omnibus licitum facit, imò demoniorum doctrinam vocat eam, quæ vel cibos à Deo concessos vel coniugium prohibet. At Papa unâ cum Iudaicis gentilitiis quoque ceremonias postliminò reuocat, & capitis pena in eos animaduertit, qui libertate Christiana frui cupiunt. Euangelio omnis in religione imaginum usus prohibetur, quem simul in Lege & Prophetis damnari certum est. In Papatu uero nullus imaginum faciendi modus est, & noui quotidie illarum cultus excogitantur. Euangelium nos uni Christo consecrat, & eandem omnium credentium fraternitatem esse docet, quos omnes nobilissimo illo Christianorum nomine insignit. At Papa Christi nomen fastidire docet, & ecclesie unitatem in diuersas fraternitates discindens, factiosa Benedictinorum, Bernhardinorum, Franciscanorum nomina, unâ cum sexcentis alijs excogitauit. Euangelio docemur, credentes à morte in uitam transire, nec ullum iudicium perpeti. Papa autem purgatorij ignem construxit, in quo animas à corporibus digressas excoqui & à scelerum noxijs purgari oporteat, priusquàm in celos transferantur, &c. Posset hoc ipsum in multis quoque alijs ostendi, sed hæc modò sufficiant, ex quibus facile patet, Papam & cum hoc Romanam ecclesiam minime Christi & Apostolorum vestigijs insistere, & proinde merito ab illa secessisse nos, cum longè aliud Euangelium pradicet, quam olim illi prædicarint: Imò iuxta præsens hoc Christi præceptum ab eadem discedere debere omnes, quicumque salui suæ consultum uolunt. Nec est quod nobis bonam animi intentionem aliqui obijciant, & culpam erroris in solis doctoribus hasuram putent, si ab illis seducantur. Est sane grauior seductorum culpa, attamen non fallit Christi sententia dicentis: Si cæcus cæco dux fuerit, ambo cadent in foveam. Nec frustra à scribis cauere iussit, qui idem alibi, ut à Babylone distedamus, monet, ouiumque suarum hoc proprium esse dicit, quod alienam uocem minime sequantur. Quæ sola omnibus rationibus confutandis sufficiunt, quibus nonnulli hodie sibijpsis fucum facere conseruerunt, &c.

Sed ad Christi uerba reuertamur, qui ne omnes scribas atque doctores simplicitèr damnasse uideatur, diligentius eos describit, à quibus sui cauere debeant. Tria uero in illis notat, ex quibus omnium seculorum falsi doctores agnoscì possunt: hypocrisim nimirum, ambitionem seu gloria primatæ studium, & falsam doctrinam ad quæsum solum institutam. Ad primum pertinet, quod illos in stolis obambulare dicit. Apud Mattheum uero phylacteriorum quoque & sumptriarum meminit. At hæc non uestes damnantur, quas cuiusque uocationi responderè conuenit: sed simulatæ sine fucatum

Rom. 1. et 15.
Ioannis 10.
Matt. 17. et 18.
Ephes. 3. 5.
Ioannis 19.
Hebr. 9. 10. etc.
1. Corinth. 1.
Actuum. 4.
1. Timoth. 2.
1. Ioan. 2.
Rom. 8.
Galat. 4.
Math. 15.
Hebr. 13.
1. Timoth. 4.
1. Ioan. 5.
Deut. 4. & c.
1. Cor. 1. & 14.
Ephes. 4.
Ioan. 5. 2. & c.
Luc. 2. 24.
Matth. 15.
Apoc. 18.
Ioan. 10.

Seductorum note.
2. Hypocrisis.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Deut. 6.
Num. 25.

sanctimonia speciem perstringit, cuius occasionem ex Lege desumpserant. Iusserat enim Deus precipua illius capita descripta in vestibus gestare, adhaec simbras quoque vestium sua legis memorabile esse voluit. Scribae ergo, ut reliquis sanctiores haberentur, vestibus ad talos usque demissa induebantur, simbras illarum maxime conspicuas habebant, phylacterijs quoque, vel schedis utebantur. Quae in quibus legis capita descripta erant. In istis vero omnis illorum sanctitas consistebat, cum interim a vera legis observatione alienissimi essent, sicuti Christus alibi discrete testatur. Vide Matth. 23.

2. Ambitio.

Secundo ambitionis accusat, quando illos salutationes in foris primosque confessus in publicis conventibus & in cœnis primos accubitus amare dicit. Salutationes vero intelligit non vulgares, sed titulos magnificos urgentes. Nam non Rabbinum modum, id est, magistrum, sed etiam (quod Paulus annotavit) caecorum duces, lumina in tenebris versantium, eruditores insipientium & imperitorum doctores dici volebant. Hoc titulos alia quoque ambitionis indicia comitabantur: quod nimium in deambulationibus honoratori loco incedere, in curia vel templis primi sedere, in convivijs vel publicis vel privatis superiores alijs accumbere vellent. Nec temere ambitionem hanc inter falsarum doctorum notas Christus numerat. Quia enim (ut idem in Euangelio innotet) Deo credere non possunt, qui hominum gloriam expectant, nec interim de Dei gloria solliciti sunt, eisdem fidem recalcere, est impossibile.

ROM. 2.

Ioan. 5.

3. Falsa doctrina.

Tertio falsam doctrinam ab illis tradit, cuius exemplum ex sacrorum nundinatione profert, quae illis auctoribus inuenta fuerat. Denotant (inquit) domus viduarum, id est, sub pretextu longe precationis. Nam precationis nomine, quae non postrema cultus divini pars est, Synecdochice omnem externam religionem complectitur. Sensus ergo est, quod sub religionis pretextu alterum opibus inhiant, id est, tanta cum aviditate, ut ne viduis quidem parcent, quarum non modo pecunias, verum etiam domus omnemque substantiam ad se rapiant. Id vero ab ista doctrina falsa fieri non poterat, cuius exemplum suae specimen supra Cap. 7. vidimus, ubi illos filijs auctores fuisse dixit, ut qui in parentum senio confectorum alimoniam impendere debebant, in Corbenam deferrent. Et veri adducebant rudes & imperitos, quod operum iustitiam stauerent, & salutem non in Dei gratia per promissum Messiam, sed in hominum meritis monstrarent. Quae doctrina illis quae ipsos summi cuiusque instar erat, eo quod illa fascinati homines non sacrificia modo crebriora adducebant, verum etiam opulentissimis donationibus templi ditabant, & ipsorum augebant stipendia: quo nomine alibi accusantur, quod templum in emporium converterent. Licet vero haec sua reuera omnibus tenderent, cum primis tamen viduarum meminisset, eo quod haec partim consilij sanioris inopia, partim propter sexus infirmitatem, & quod tentationibus gravioribus obnoxia sunt, impostorum artibus magis parati. Unde Paulus quoque falsis doctoribus hoc erubuit, quod in familias subeant, & peccatis onerati mulierculas suis somnijs captivas ducant. Et sane, si historias inspicimus, hoc ferè omnibus haereticis & impostoribus proprium quodammodo fuisse patet, quod sub religionis pretextu mulierculam afflictae conscientijs ad suam libidinem stimulat & quæstum abusi sunt.

Ioan. 3.

2. Tim. 3.

In Papisicis doctoribus est, quae in scribis fuerunt, notas haberi.

Et haec quidem seductorum suae impostorum nota sunt, quas in Iudaeorum scribis & sacerdotibus Christus proponit. Haec vero ita à nobis considerari debent, ut ex illis eos agnoscamus, qui vobis in ecclesia primatum vendicant, & à quibus nos iure secessionem fecisse, supra diximus. Quid enim in his aliud reperias, quam hypocrisim, ambitionem & doctrinam falsam? Constat enim omnium illorum inanibus ceremonijs, gestulationibus ridiculis, vestium formis iniustis, quibus omnibus carnalis mortificationem, vitæ immutationem, fidei constantiam, charitatis ardorem, patientiam, innocentiam, scripturae sacrae cognitionem, & alia eius generis denotari dicunt. At si haec ipsa in illis quaras, non magis ea, quam in scribarum stolis & phylacterijs reperies. De ambitione quid dicere avertet, quando non modo inanibus titulis sese vendicant, nec primos modo confessus & accubitus in ecclesiasticis conventibus & convivijs ambiunt, verum etiam in regum aulis & principum confessijs primum locum affectant. Ex historijs cerè constat, illos non semel ad sanguinem usque pro loco honoratori contendisse: cuius rei memorabile exemplum circa annum domini 1063. in conspectu Henrici ubi 1111. editum fuit Goslarie, quando inter Hildebeimensem Episcopum & Fuldensem Abbatem de confessu oborta contentio eorum templum sanguine & cadibus replent. Quid vero de Romanorum Pont. ambitione dicere avertet, qui ad pedum suorum oscula, reges & Imperatores vocant

non verentur? Quid de Regibus et Imperatoribus dico? quando diuinos honores sibi impudenter vendunt, dum se Christi vicarios esse dicunt, errare item se posse negant, adeoque Patres sanctissimi, imo ipsa Sanctitas dici volunt? Idem vero postquam sublato, aut saltem maxima ex parte occultato Dei verbo, per suas traditiones purgatorum ignem, sacra pro defunctis & Indulgentias suas stabiliuerunt, mox religio omnis qua stus fieri cepit, & huius prae-textu non modo domos viduarum, verum etiam opulentissimorum patrimonium, agros, vineas, arces, ditiones item & amplissima regna deuorauerunt. Poterant haec multis demonstrari, sed id fieri minime opus est, cum res ipsa loquatur. Cum ergo easdem notas in nostris hinc inuenire liceat, quas in sui seculi scribis Christus ostendit, non minus illi nobis, quam veteribus Iudaici scribae cauendi erunt.

Subiicit enim grauem comminationem Dominus, quod nimirum grauius iudicium subituri sint. ^{Seductorum poena.} Punxit quidem Deus in omnibus hominibus hypocrisim, ambitionem & imposturas, maiorem tamen penam merentur, qui religionis & diuini nominis prae-textu abutuntur, ut suum regnum fraude dolose parem stiliant. Quale vero illud iudicium sit, quod Christus hoc loco minatur, multis in Apocalypsi, cap. 18. 19. & 20. descriptum reperies. Meminerimus tamen non istos modo puniri, verum etiam eos, qui illis aures praebent & nefandis illorum sacris communicant, ut supra quoque diximus. Semper ergo animis nostris insidat haec Christi Iesu admonitio, & omnis impostoribus ambitiosus & auarus spiritum audiamus, qui ut solus verba vitae aeternae habet, ita omnes quoque esurientes & sitientes ad se conuertat, venientes vero benigne suscipit, & caelestis regni hereditate donat. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

Et cum sedisset Iesus ex aduerso gazophylacii, spectabat quomodo turba mitteret aes in gazophylacium. Multi igitur diuites mittebant multa. Et cum uenisset quaedam uidua pauper, misit minuta duo, quod est quadrans. Et uocatis ad se discipulis suis, dicit eis: Amen dico uobis, uidua haec pauper plus misit, quam omnes qui miserunt in gazophylacium. Nam omnes ex eo quod ipsis superest miserunt: haec uero e penuria sua omnia quae habebat misit, totum uidelicet uictum suum.

Quoniam scribae et sacerdotes non uno loco, maxime tamen in postremis aduersus Christi discipulationibus incurabilem malitiam & impietatem abande prodiderunt: grauius admodum ^{Argumentum & usus loci presentis.} illis discipulos & populum admonuit, ut sibi ab illis & traditionibus ipsorum caueant, & inter alias rationes eam potissimum adduxit, quod sub religionis prae-textu domos viduarum deuorent. Ne qui uero inde colligerent, nihil posthac conferri debere ad doctrinam & cultus diuini conseruationem, noua historia subiicitur, in qua corrupto hominum iudicio in hac causa Christus medetur. Recipit enim sese in eam templi partem, ubi gazophylacium erat sine arca, in quam pro more pecuniae ad templi et cultus externi conseruationem conferebantur: & e regione considens, quid agatur spectat: nec damnat morem hunc, sed postea inter diuitum & pauperum uiduae donaria discernens, docet, quid in donationibus eiusmodi obseruari debeat. Est ergo historia diligenti conseruatione digna, eo quod bonorum ecclesiae rationem complectitur, simulque docet, ut eos affectos esse conueniat, qui aliquid uel in Dei cultum uel in pauperum subuentiorem conferre instituerunt.

Ceterum, ut res tota magis perspicua sit, quaedam aliter erunt repetenda, ut quae nam apud ^{Ecclesia semper opes suas publicè collectas.} Ierosolimitanos gazophylacii, imò apud ecclesiam totam, iam inde ab initio, opum publicarum ratio fuerit, intellegamus. Uetus enim hoc institutum est, & naturae legibus conueniens, ut ecclesia opes habeat publicè collectas. licet à singulis collectas, quae religioni et ijs quae ad hanc necessariò requiruntur, inserviant. Quia enim illa ad omnes homines ex aequo pertinet, & omnium saluti seruit, omnium quoque fuerit eam prouidere & pro virili tueri. Hinc ergo antiquitus decimarum exactio instituta fuit, quam multis seculis ante Moysen in usu fuisse, Abrahami & Iacobi exempla testantur. ^{Gen. 14. & 28.} Posteris uero temporibus praeter decimas spontanea quoque dona ad cultum diuinum conferri ceperunt, qualia principum & singu-



Exod. 35.
Num. 7.
Exod. 30.
2. Reg. 12.
2. Par. 24.
Nehem. 10. 12.
Et 13.

A. Cor. 2. 4. 5.

Opum ecclesia-
sticarum usus
quis esse debeat

Matth. 10.
1. Cor. 9.
Galat. 6.
1. Tim. 5.

Matth. 26.

1. Cor. 16.
2. Cor. 8. 9
Deut. 15.
A. Cor. 4.

2. Theff. 3.

lorum Israelitarum fuerit, quae ad tabernaculi extructionem conuulerunt: & prater illa quae de ho-
gulus, qui sub censum ueniebant, sicut ad cultum tabernaculi ex Dei instituto numerabatur. Vt
verò posteris temporibus Regum incuria & imprimis Ahalie improbitate religio laesisset, & re-
clestiasitensus vel aboliti vel male artibus intercepti fuerunt, Ioiada sacerdos una cum regno re-
terem quog horum rationem restituit, quorum diligentissimam curam Nehemias etiam postea ha-
buit, cum è Babylone reuersi, urbem & templum una cum cultu instaurarent. Durant ipsorum
hoc usq; ad Christi tempora, qui etsi sacerdotum auaritia & ambitio religionem & doctrinam corru-
pisset, illud tamen nunquam improbauit, nec populo auctor fuit aliquid tentandi quo illud cultu vel
abrogari posset. Etsi verò post abrogatas Legis ceremonias primitiua Christi ecclesia non tantum
sumptibus opus haberet quanti ad cultum Leuiticum requirebantur: videntur tamè Apostoli illis
publicis opibus omnino carere non posse. Curarunt ergo, ut qui opulentes erant, ex suis facultati-
bus conferrent pro suo arbitrio, vnde postea priuatum simul et publicè ecclesie necessitatibus succuri
posset. Postquam verò principes quog, & Imperatores fidem Christi amplexi sunt, verus decimarum
ratio illorum auctoritate reuocata, & ecclesie insuper eorumdè liberalitate alij quog, redditus es-
nisi donati fuerunt. Et hæc quidem propter illos monemus, qui quorundam improbitate & impio-
opum ecclesiasticarum abusu offensi, illas simpliciter damnant, quasi nefas sit in ecclesia opes habere,
& nulle unquam illi opes fuerint, quam quae postremis hisce temporibus sub Antichristi regno per
hypocritism & superstitionem acquisita sunt. Conuincuntur illi historiarum veterum testimonij, &
publicis veterum regum & principum instrumentis, qui olim priusquam papistica tyrannis tem-
potiretur, ecclesias & collegia ex suis facultatibus dirauerunt.

Hic verò quis opum istarum verus usus sit, probè tenendum est, quia in hoc omnibus seculis ve-
hementer peccatum fuisse, & hodie etiam peccari constat. De hoc autem vel solum nomen admoneri
potest. Quia enim ecclesiastica dicuntur, soli ecclesie seruire, nec in alios usus transferri debent, in
ecclesia autem duo præcipue sunt, quae pecunijs & facultatibus huius seculi opus habent. Religio ni-
mirum externa & Pauperum subuentio. Ad religionem doctrina & sacramenta pertinent, quae
absq; ministris administrari nequeunt, quibus ex ministerio suo victum & necessaria reliqua debent,
ex Christi & Apostolorum auctoritate abundè constat. Nec modò ministris opus est, qui in officio
versentur, verum etiam scholæ, è quibus ministri & doctores petantur, qui prioribus defunctis suc-
dant. At hic quog, stipendia scholastica sint oportet, quando ex diuitibus pauci admodum reperiantur,
qui filios suos ecclesie ministerio, ut molestissimo ita maxime omnium inuiso, consecrare velint. Opus
præterea locis sacris & suppellectile sacra, quae & ipsa absq; sumptu nec comparari nec conseruari pos-
sunt. Deinde pauperes nobis nunquam defuturos esse, Christus ipse testatur, & quia idem huiusmodi
quàm maxime commendatos esse voluit, illos ecclesia nullo modo negligere potest. Et quia eorumdem
plerumq; maior est numerus, quàm ut ex ordinarijs ecclesiarum redditibus ali possint, & nequa-
tidie casus noua subsidia postulant, adhæc, charitatis officia omnes præstare tenentur: ut eorum
in templis publicè colligi necesse est, quae postea per diaconos pro vniuscuiusq; necessitate distribu-
tur. Quam rationem olim à Mose præscripam, & deinde ab Apostolis quog, traditam fuisse, non
negare potest, qui in scripturis mediocriter versatus fuerit. Huc enim facit, quod in lege iubetur
diebus festis peregrini & pauperis meminisse, & illorum penuriam sua liberalitate subleuari. Et
Paulus Apostolus, quae ratione pecunie eiusmodi colligi & distribui debeant, in epistola ad Corin-
thios admodum diligenter docet. Vbi cum primis tenenda est Lex Domini, qui mendicis in suo
pulo esse prohibet, quam Apostolis & primitiua ecclesie ita cordi fuisse traditur, ut per seculum non
maximis grassantibus, nullus in illa indigus fuerit: nec contenti erant Apostoli, si sui pauperes de-
rent ecclesie opulentes, sed easdem pauperioribus & quidem procul disitis subuenire iudebant.
Vt enim cum charitate Christiana ex diametro pugnat, si eos, qui in Christo fratres nostri sunt, se-
melicos oberrare, & publica quasi exempla fieri patiamur: Ita illud ipsum in Evangelij infamam
cedit, & nos hostibus fidei deridendos ac profcendos propinat, adhæc Christiana disciplina ut plu-
rimum officit, quando qui mendicare assueuerunt, simul etià ocio assuescunt, liberos pessima educa-
tione corrumpunt, discipline cum politica tum ecclesiastica iugè excutunt, deniq; in homines atroces,
id est, inordinatos & exleges degenerant: quos Paulus, ceu pestem aliquã, arandos & vitandos esse
monet.

monet. *U*t ergo huius mali vitandi causa collectas publicas fieri Apostoli preceperunt: ita in aliarum quoque opum ecclesie administratione, diligenter curandum est, ut post doctrinam & religionem bene constitutam, pauperum ratio habeatur exactissima, ne dum illos negligimus, ipsum Christum neglexisse deprehendamus. *E*t hic quidem legitimus bonorum ecclesie usus est: quem qui pervertunt, & opes istas vel sibi privatim vendicant, vel in alios usus transferunt, ij & sacrilegio immansi se pollunt, & Deo olim penas dabunt horrendas, quarum exempla olim in Iuda proditore, Ananiasse pollunt, & Tyranno ecclesie persecutoribus opum, ecclesie directoribus preceperunt, inter quos Ioh. 12. Math. 27. Actor. 3.

*P*rimo Christus est regione gazophylacii consideret, & eos spectat, qui in hoc pecunias conferbant. Non obiter ergo vel temere hoc fecit, sed quod huius rei curam ad se pertinere putaret. *A*dmone-mur ergo illum etiam hodie inspectorem esse eorum, que vel ad cultum ipsius, vel in pauperum sub-ventionem conferimus. *T*estatur hoc ipse, quando in suas rationes se adscripserunt dicit, quicquid sibi impenditur. *H*ec igitur cogitent semper, qui vel decimas vel alios redditus ecclesie sive colle-gij debent. *S*i quid enim hic si audulenter ac maligne agant, Deum inspectorem habent, qui hoc inul-tum non sinit, sicuti Haggei & Malachie sermones testantur. *N*ec est quod illorum mores accu-sent, qui istis abutuntur. *R*eddent illi olim Deo rationem, et vero unicuique suum reddere euangelij do-ctrina iubet. *R*eddit omnibus quod debetur. *A*t decimas & alios eius generis redditus te ecclesie de-bere publica instrumenta testantur. *O*mnis ergo, que in his committitur, si aus, cum sacrilegio con-tingit. *I*dem cogitare debeant, qui in elemosinis dandis admodum parci sunt & sordidi, cum interim nullius sumptus illos pigeat in ijs, que ad fastum & carnis libidinem faciunt. *V*idet utrun-que Christus, & olim testatur, quam illi erant & molestum sit, quod corruptos carnis affectus ipsi antuleris. *N*ec minus in istorum consideratione versari debent, qui vel ecclesiarum opes publicas, vel privatiorum hominum elemosinas recipiunt. *N*am & hoc videt Christus: et si vel officium ne-gligant, cuius nomine stipendia ecclesiastica sibi vendicant, vel sub pauperum preteritu ociosi vi-vunt, & elemosinis abutuntur, iudicium illius nunquam subterfugient. *I*nterim officij quoque ad-monetur magistratus et ecclesiarum presides. *S*i enim Christum ista curare non piguit, utiq; illorum quoq; fuerit providere, ne quid in bonorum ecclesie dispensatione peccetur, utq; elemosinarum certa habeatur ratio, ne vel pauperes negligantur, vel ijdem ociosi & ignavi sua improbitate opulentiores a largiendo absterreant. *V*iderunt hanc curam ad se pertinere Apostoli, qui eandem Paulo & Bar-nabe summo studio commendarunt. *E*t Christianos Imperatores ab hac no alienos fuisse, Leges non nulla testantur, imprimis autem quas Valentinianus & Martianus Palladio in hanc sententiam scripserunt: *H*umanitatis nostra est egenis prospicere, ac dare operam ut pauperibus alimenta non desint. *E*t hoc quidem in primam historiam huius partem dicta sunt.

*S*ecundo quid in gazophylacium contulerint plerique narratur: & divites quidem multa ed-tonicerunt, nimirum ut ab hominibus viderentur, quod alibi in illis Christus notat. *I*nter illos au-tem vidua quedam paupercula venit, que minuta duo conferet, cum prater illa nihil haberet, si-cuti ipse Christus mox testatur. *U*t vero in divitibus ostentatio quedam fuit, ita hac vera pietatis exemplum exhibet, que causa est, quod se totam Deo consecrat. *Q*uid enim hoc aliud erat, cum victum suum omnem conferret, quam quod animam quoque se datam testatur, si illam Deus exi-gat? *E*t sane insigne fuisse oportet istius pietatem, quam nec privata egestas, nec corruptissimi sa-cerdotum mores & eorundem opulencia impedire potuit, quod minus omnem suam substantiam in ga-zophylacium conijceret. *I*ta vero affecti sunt, quos quot Deum vere diligunt: & certissimum animi non facti pij iudicium est, si vndique rationes colligas, quibus te excuses, ne quid largiaris. *C*ur enim aliorum vitia, que tibi non imputabit Deus, illius auctoritati presers, qui ut hoc officium e-genti presles exigit? *V*el cur illos liber imitari, quos hoc nomine accusas, quod ipsi officium negli-gent? *A*ut cur hominum iudicia admittis, qui Christum tui fasti inspectorem & estimatorem libe-ralissimum habebis?

Christus spe-ctat eos, qui in gazophylacii conferbant. Math. 25.

Hag. 1. Malach. 3.

Rom. 13.

Galat. 2.

Vidua vere pie-tatis exemplum. Matth. 6.

Christi de dona
suis factis iudicium.

1. Cor. 13.

Luc. 16.
2. Cor. 8.

Matth. 10.

Sequitur enim tertio loco huius iudicium, quo exiguum hoc pauperula donarium magnum
tum donis praeferat, dicens: Amen dico vobis, vidua haec pauper plus misit, quam omnes qui miserunt
in gazophylacium. Rationem vero huius dicti ex animi studio & promptitudine percipit, quae illi
uerat, ut victum suum omnem ed conferret. Admonemur autem hoc Christi dicto, in factis bonis
& elemosynis animi promptitudinem potissimum requiri. Ut enim abique fide Deo nihil gratum
est, quae toros nos illi vendicat: ita elemosyna non erit, à qua animus misericordia & charitate
dens absuerit. A misericordia enim elemosynam Graeci dixerunt dona, quae in pauperum sustinenda
nem conferuntur. Unde Paulus dicebat, se nihil utilitatis percepturum, nisi omnes suae facultates
in pauperum alimoniam infunderet, charitate autem destitueretur. Haec enim regula beneficentiae
est certissima, eod quod cum fide coniuncta, partim in Dei praeceptum respiciat, partim proximi
ei & laboranti condoleat, & proinde non tam quid nostrae facultates ferant, quam proximi necessitate
tem obseruat. Quod fit, ut pii frequenter nulla sui ipsorum ratione habita, etiam pauperes faciant
fundant. Seruiunt haec diuiti institutioni, ne suis elemosynis superbiae, etiam pro se contententur,
qui in speciem minus largiuntur. Nam si iuxta Christi iudicium rem aestimes, nihil dant, cum ex
modo quae ipsis superflua sunt, aliquid conferant, eorundem vero maiorem partem in luxum & in
Luc. 16. 2. Cor. 8. pes voluptates infumant, aut domi reconditos nummos avari contemplantur in arca. Per idcirco
dispensatores sunt, & alieni usurpatores, cum maiores opes à Deo in eum finem accepturum, ut
rum copia aliorum inopia succurrat. Deinde non minus ista pauperes officii admonent, imò
consolantur. Sunt enim ex horum numero, qui se nihil cuiquam debere arbitrantur, cum
abundant, interim iidem omnes alios sibi debitores faciunt, nec ullis aliorum largitionibus satari
possunt. Alij vero desperant quasi, & ideo nihil omnino dare in animum inducunt, quia exspectant
hoc, quod dare possunt, coram Deo nullius momenti aut pretij fore metuent. At hic obseruandum
erat: primo, quod nuper monuimus, charitatis praeceptum ad omnes homines ex aequo pertinere,
proinde omnium esse, ut proximo laboranti pro sua virili subueniant, qui si nihil omnino possunt
tem sese ita gerant, ut alijs quam minimum molesti & onerosi sint. Deinde ex praesenti iudicio
mus, Deum magni aestimare, quicquid tenuioris fortunae homines animo sincero & prompto
guntur: & ut mercedem suam non perdat, qui Christi discipulo poculum aquae frigidae dedit,
quod Christi discipulus est: Ita retributionem non vulgarem recipiet, qui quis rei lenissimi, pro
res, officio proximum egentem iuuerit. Hoc si singuli obseruent, rix aliquem ita miserum & de
tutum reperient, qui non aliquid in commune conferre possit. Nam si omnia defuit, certe accipere
esse non potest, qui sua sorte contentus, quam minimum ab alijs exigat, ne forte alijs periculis,
illi opus habent. Non deerunt etiam preces, quibus pro publica & privata illorum salute precor,
quorum beneficentia subleuari. In primis vero teneamus istius rei curam ad omnes pertinere. Ad
uigilent ergo singuli pro sua vocatione, ut ipsorum fides Christo Iesu probari possit, qui hic factus
esse voluit, & olim iusto iudicio singulis retribuet. Illi debetur benedictio, honor, gloria & perpetua
aeternum. Amen.

C A P V T XIII.

H O M I L I A C V I.

ET cum egredereetur è templo, dicit ei quidam è discipulis eius: Magister, uide quales lapides, & qualia aedificia. Et Iesus respondens ait ei: Vides ista magna aedificia: Nō relinquetur lapis super lapidem, qui non dissoluatur. Et cum sederet in monte olearū contra templum, interrogarūt eum priuatim Petrus & Iacobus, & Ioannes & Andreas: Dic nobis, quando haec erunt: & quod signum, quando futurum sit, ut omnia consummentur?